




Acta apostolorum breuiter enarrata: & in dilucidas Quaestiones redacta,

<https://hdl.handle.net/1874/428525>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

108


0


13



501
d







100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000

Domi⁹ ſeru⁹ noli h⁹c feru⁹
follo⁹ m̹lta⁹ qm̹d⁹ am⁹
b⁹r ⁊ i⁹ m̹lta⁹ ſta⁹ b⁹r ⁊ p⁹
b⁹fia⁹ celebra⁹ ſeſtia⁹ m⁹lto
fam⁹c tue ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹
fam⁹c ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹
fam⁹c ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹

Quo d⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹

quod⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹

mu⁹n⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹

aſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹

oſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹

uſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹ ſeſt⁹

tram dñi adh̄ p̄ vñ
alī q̄ vñcē vñtis aut e
s̄ s̄ singlat̄ eāx q̄ t̄t̄ F.

r̄ p̄ i dñm̄ dñp̄ vñia p̄ q̄p̄
vñ egn̄ q̄n̄ vñl̄ vñ egn̄
dñp̄ vñ q̄n̄ vñl̄ vñ p̄ q̄n̄
tolat̄ eñs i s̄ h̄ḡe c̄l̄t̄ eñ
i a nō eñ s̄h̄t̄ vñ egn̄
i vñl̄ s̄h̄t̄ lñḡv̄t̄ eñt̄ i
señm̄eñ q̄ tolat̄ i vñl̄ s̄h̄t̄
c̄l̄t̄ eñt̄ dñt̄ quid s̄c̄l̄ q̄ s̄c̄l̄ ac̄t̄
i s̄p̄ i dñt̄ q̄n̄ dñp̄ s̄ i p̄ q̄p̄
q̄n̄ dñt̄ q̄n̄ p̄h̄ q̄n̄ dñp̄ vñl̄
vñl̄ eñt̄ vñl̄ vñl̄ i dñt̄ q̄ i dñt̄ i
i vñl̄ vñl̄ eñt̄ vñl̄ vñl̄ i s̄h̄t̄
ea s̄h̄t̄ vñl̄ vñl̄ vñl̄ eñt̄ nō i s̄h̄t̄ dñp̄
dñp̄ vñl̄ vñl̄ vñl̄ vñl̄ vñl̄ abet̄ eñ dñp̄

Ita uō i illa noctuñt̄
p̄p̄ nō mec̄ eñt̄ vñ
orūt̄ altut̄ i tot̄ q̄m̄
i hec̄ s̄ eñm̄ lñḡv̄t̄ q̄
p̄ia i nōd̄ ḡn̄t̄

2
miserit aut p. lñm. at

etior aut me qdib. at

miserit aut m. g. at

dolor te g. n. e. z. o. f. q. f.

e. g. tare s. se h. u. t. e. d. g. a.

actus aut m. u. e. n. t. aut m. e. r. y. aut m.

aut apud eg. d. u. aut u. o. n. i. at

de g. n. e. r. e. z. e. g. d. e. c. u. a. f.

ond. v. f. u. m. a.

mac. e. q. n. e. g. n. e. p. u. a. t.

p. u. t. s. a. m. a. c. e. e. o. i. q. n. g. u. r.

g. n. p. e. g. n. u. s. i. d. e. x. e. s. u. p. o.

v. e. n. t. aut m. m. e. r. y. aut t. a. l. q.

act. p. u. d. e. g. d. u. aut u. o. n. i. a. v. u.

dol. p. u. qui act. in e. p. e. dolor n. q. u.

aut d. i. p. r. a. n. e. r. p. u. s. u. d. s. o. f. e. g. n. e.


ist. a. f. u. n. o. c. a. d. e. e. p. e.


ad. i. m. f. u. a. t. caput. aut


u. p. i. t. aut m. g. l. a. t. e. s. a. t.

u. o. n. d. q. u. s. h. a. d. q. n. i. c. r. o. p.

s. q. u. d. i. t. e. z. e. g. n. u. s.







D. 8° 175
K 108 O ¹³

N. 38. c.

*ex dono Buckley
100/013*



ACTA APOSTOLORVM, breuiter enarrata: & in dilu- cidas Quæstiones redacta. etia, Autore

Ioanne Spangenbergo Herdesiano
Ecclesiaste Northofseni,

FRANC. Apud Cht. Egenolphum.



LECTORI S.

Annotaciones hasce in Acta Apo-
stolica, à D. Ioanne Spangenber-
gio iam pridem lingua Germanica, per
Questiones dilucidas, piissimè, ut ipsi-
us alia pleraq; conscriptas, operæ preci-
um fore putauimus, si Latinè quoque
ederemus, idq; in eorum gratiam potis-
simam, qui Germanicè non nouerunt,
quos, iuxta Christi præceptum proxi-
mi necessitatibus inseruitur, tanta com-
moditate, ac pietatis ueræ testimonio
iuicare uoluimus. Aequum etenim est
pietatis studia, adeoq; Christi gloriā o-
mnibus linguis & creaturis innotesce-
re atq; prædicari, ad laudem & honorē
Sacrosanctissimi dñi nominis sem-
piternum. Tu lector fruere, ac boni
consule. Vale.

Liber

LIBER ACTORVM APO- stolicorum in quæstiones re- dactus.

Quenam summa est libri Apostolico-
rum Actuum?

 N T O T O hoc libro A-
postolicorum Actuum,
nihil aliud tractatur, q[uod]q[ue]
Iudæi pariter & g[ra]m[m]at[ici]es, ius-
titiæ item et peccatores, per
solam fidem in Iesum Christum sine o-
peribus legis eiusdemq[ue] iustitia, saluen-
tur. Id quod ex dd. Petri, Pauli, Stepha-
ni, Philippi, itemq[ue] reliquorum concios-
nib[us] est uidere. Adhæc exempla Iudæo-
rum & gentium clarè ostendunt.

Cur hic liber adpellatur Acta Apo-
stolorum?

Ideò, quod in eo descriptæ contine-
antur res gestæ Apostolorum, quas nō

A 2

ACTVM APOST.

suis quidem viribus, sed virtute domini nostri Iesu Christi gesserunt. Ideoq; Christi quam Apostolorum Acta rectius appellari possent. Nam in alijs uoluminibus describitur Christus humiliis, contemptus, immo & damnatus. In hoc uero opere, exaltatus, & glorificatus Christus celebratur, quo pacto in coelum ascenderit, & ad dexteram Dei patris sedeat.

Quis hunc librum Actuum Apostolorum scripsit?

Euangelista Lucas, In initio enim ius libri hunc in modum scribit,

CAPVT I.

Superiore quidem uolume diximus Theophile, de omnibus, quae coepit Iesus tum facere, tum docere, ad eum usq; diem, quo sursum adsumptus est, &c.

Quis fuit Theophilus ille?

An

C A P V T . I.

An Euangeliographus Lucas, amicūm forsitan huius nominis habuerit, siue hoc nomine (Theophilus) quod sonat amicum Dei, omnes Dei cultores intelliguelit, non admodum curamus. Hoc uero certum est, quod Lucas in hoc libello, non unum solum hominem, sed omnes cultores & fautores Dei, in caussis maximè sublimibus, salutemque concernentibus, instituere sibi in animum induxerit.

Qua fronde S. Lucas audet dicere, se de omnibus retulisse, quæ Christus & egerit & docuerit, quum Ioannes dicat: Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ scribantur per singula, nec ipse, opinor, mundus caperet eos, qui scriberentur, libros?

S. Lucas diuidit totum Christi negotium in duas partes, In doctrinam uide licet, & uitam, siue opera. Doctrinam Christus exercet per Euangelijs prædicationem, Deinde autem per facta, & miracula doctrinam ipsam confirmat, cœcis uisum restituit, surdis auditum,

A C T U V M V A P O S T.
debilibus integratatem, leprosis munis-
ditiem, mortuis uitam.

Quum ergo S. Lucas hæc duo in
Euangelio suo satis superçp, quantum
ad salutem nobis est opus, indicauerit,
non immerito hic inquit, se omnia de-
scripsisse, quæ Christus & egerit, & tra-
diderit, usq; ad diem illum, quo assum-
ptus est in cœlum, postquam Aposto-
lis, quos sibi delegerat, per Spiritū san-
ctum mandata dedisset, quibus se post
passionem suam rediuiuum quoq; ma-
nifestabat per plures denotationes, &
probationes, & uideri ab eis uolebat
per integros quadraginta dies, & cum
ijsdem de regno Dei conferebat.

Qualenam mandatum dabit eis?

Lucæ ultimo ad ipsos dicebat: Eteco
ce ego mitto promissum patris mei su-
per uos. Vos autem sedete in ciuitate
Hierusalem, quoadusq; induamini uir-
tute ex alto.

Quid est, quod dicit, quod etiā seipsum ex-
bibuerit uiuentem, postquam supplicia
fuerit

C A P V T I.

fuiisset affectus, id q; compluribus argumentis, dum per dies 40. conspicitur ab illis?

Hæc omnia S. Lucas ideò tam diligenter describit, quia concernunt summos fidei nostræ articulos. Nempe passionem Domini, mortem, resurrectionem & adscensionem in cœlum. Et nisi hæc uerba tam propriè descripsisset, ex recepta scriptura nō haberemus, per quot dies Christus à resurrectione sua discipulis suis adparuisset, & quo die in cœlum adscendisset, Spiritumq; sanctū cœlitus dedisset.

Cur dicit : Compluribus argumentis?

Necessè erat, ut resurrectio Christi apertis & claris testimonijs compreharetur, Vbi enim de resurrectione Christi dubitatur, quidnam in Christiana ecclesia certi esset? Nam & S. Paulus ait, 1. Cor. 15. Quod si Christus non surrexit, inanis uidelicet est prædicatio nostra, inanis fides uestra, & adhuc estis in peccatis uestris.

ACT VVM APOST.
Quoties Christus resurrectionem suam
comprobauit?

Sæpius. Primitum angelos suos abs-
legabat ad mulieres, uacuum sepulchrū
illis indicatum, Christumq; à mortuis
resuscitatum esse denunciatum. Dein-
de & Christus ipse adparebat, 1. Mariæ
Magdalenæ, 2. cæteris mulieribus, 3.
Petro, 4. duobus discipulis in uia quæ
uersus Emmahus ducebat, 5. discipu-
lis in mensa, 6. In præsentia quoque
Thomæ, 7. ad mare Tyberiadis, 8.
plusquam quingentis fratribus in mon-
te Galileæ, 9. Iacobo. Et postremò dis-
cipulis, quum in cœlos adscenderet. Et
in hisce manifestationibus ostendit eis
manus, ac latus suum, sumpsit quoque
cibum cum eis.

Quid cum eis de cœlorum regno
contulit?

Certò eis indicauit, quòd regnum su-
um non sit regnum mundanum, terre-
num & caducum: uerum cœleste, spi-
rituale, & æternum regnum. Et quòd
sibi

C A P V T VI.

Ibi data sit potestas in cœlo et in terra.
Non quod secundum mundi rationem
illud exercere uelit, sed quod ipsos ue-
lit ablegare ad Euangelion in uniuerso
mundo prædicandum, & cunctos po-
pulos baptizandum in nomine Patris
& Filij & Spiritus sancti. Ut sic saluen-
tur omnes.

*Quid est, quod ait, Ioannes baptizauit qui-
dem aqua, uos autem baptizabimini Spiritu
sancto post dies hosce non multos?*

Duplex baptismus, aquæ, & ignis
est. Aquæ baptismum Ioannes usurpa-
uit, & deinde Apostoli, & retinet eun-
dem ecclesia in hodiernum usq; diem.
Isc; commune Spiritus sancti donum
confert, ut fidem, & fiduciam in Deū,
consolationem & gaudium conscienc-
iarum in temptatione, mortificationem
ueteris Adam, atq; nouam uitam. Ve-
rum ignis baptismus à Christo usurpa-
tur, quem Apostolis in pentecoste Spi-
ritum sanctum mittit, quem uidelicet
in ipsis lingue quasi dissectæ uiderent.

A,

ACT V V M A P O S T.

tur uelut igneæ. Isç secum fert admira-
da illa, & rara dona, ut loquili linguis, æ-
dere miracula, & sine timore Euange-
lium prædicare, & palam in uniuerso
mundo nomen Christi confiteri.

*Estne ergo discrimen inter baptismum
Ioannis & Christi?*

Inter baptismum Ioannis & Christi
discrimen aliud nō est, nisi quod Ioan-
nes minister, seruus, & mercenarius sit:
Christus uero fuerit Magister, Domi-
nus, & ipsissimus architectus harum re-
rum & operationum omnium. Qua de-
re S. Paulus 1. Cor. 3. dicit: *Quis igitur
est Paulus? Quis autem Apollo?* Ni-
si ministri, per quos credidistis, & ut
cuique Dominus dedit. *Ego plantauī, A-*
pollo autem rigauīt, sed Deus dedit in-
crementum. Ad eundem quoque mo-
dum hæc Ioannis uerba debent intelli-
gi, ubi Lucæ tertio ait: *Ego quidē a-*
qua baptizo uos, sed ueniet fortior me,
cuius non sum dignus soluere corrigi-
am calciamentorum. *Ipsæ uos baptiza-*

bis

C A P V T I.

bit Spiritus sancto & igni. Cuius uenti-
labrum in manu ipsius, et purgabit are-
am suam &c. Q. d. uellet: Ego seruus
sum solam, & minister, per quem uos
ad fidem peruenistis. Sed qui post me
ueniet, Iesus Christus, is & uerus &
summus artifex est, qui dat incrementum:
ut fide uos proficiatis, & in ea quoque
usq; ad finem perseveretis.

Quid est, quod discipuli hic interrogant:
Domine, num in tempore hoc restitues regnum
Israeli?

Hoc erotema indicat in scitiam eorum.
Nam etsi Christus discipulos suos per
integros quadraginta dies satis superq;
de regno suo instruxisset, quod istud
non esset terrenum scilicet regnum, &
temporaneum, sed coeleste & aeternum:
tamen ipsi persistebant in ruditate sua,
& somniabant Iudeos cunctis predo-
minaturos populis.

Quid ergo eis Christus ad hanc que-
stionem respondebat?
Dicebat eis: Non est uestrum nosse
tempora,

ACTVVM APOST.

tempora, & articulos temporum, quos
pater in sua ipsius potestate constituit,
sed uitutem Spiritus sancti accipietis,
qui uos obumbrabit, & mihi testes e-
ritis Hierosolymis, & in tota Iudæa, &
Samaria, & usq; ad extrema terræ. Hęc
est acerba quidem, interim tamen & a-
mica correptio. Q. d. uellet: Quæ scire
uos conuenit, ea uos minimè sollicitos
habent. Quod autem uestra non inter-
est, in eo ad primè occupati estis. De re-
gnienim mei conditione, & de uestro
prædicandi munere merito quereretis,
hoc enim uobis ualde prodesset. Con-
trà, uos horas, & tempora rerum futura-
rum inquiritis, quæ quidem omnia pa-
ter in sua habet potestate, que uos scire
non debetis. Et responsio est similis illi
quæ extat Matth. 24. de ultima die, ubi
infit: De die uero, & de hora nemo scit,
nec angeli in cœlis, sed solum pater me-
us cœlestis.

Sinit etiam ipsoſ ſic in dubio fluctua-
re, ſine uacillare?

Non,

C A P V T I.

Non, sed lætam ipsis adhibet consolationem, dicens: Induemini virtutem Spiritus sancti, qui posteaquam adueniet super uos, testimonium mihi perhabebitis Hierosolymis, in uniuersa Iudea, & Samaria, & in terminos usque orbis terrarum. Heicq; indicat quibusnam armis & telis mundum uincere debent, & sub Christi nostri iugum redigere. Non acie uidelicet, non balistis, non tormentis, non bombardis, non bipennibus, stipitibus duris sudibusue præustis: Sed prædicatione Euangelii sancti, ut Psalmus 19. refert.

Quomodo igitur Christus ascendit
in cœlum?

Atq; hæc loquutus, inquit S. Lucas, uidentibus ipsisdem in altum sublatus est, & nubes subduxit illum ab oculis eorum. Idem quoq; dicit in Euangelio suo capite ultimo. Eduxit autem eos foras usque in Bethaniam, & sublatis in altum manibus suis, benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, ac ferebas

ACTVM APOST.

ferebatur in cœlum. Et ultimo Marci est: Itaq; Dominus quidem postquam loquitus fuisset eis, receptus est in cœlum, & confedit à dextris Dei. Atque hic est articulus de ascensu Christi in cœlos.

Quid uero discipuli in ipsis adscensione faciebant?

Quum oculis ipsum insequerentur in cœlum euntem, ecce uiri duo adstiterunt illis, amicti uestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis intuentes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum.

Qui fuerunt uiri isti in uestibus albis?

Certo angelis sancti, qui hic adnuntiant Christum uenturum esse ad iudicium ultimum, ad iudicandum scilicet uiuos & mortuos.

Quomodo uenturus est?

Sicuti uidistis, dicunt sancti Angeli, ipsum abire in cœlum: In specie corporali

C A P V T I.

porali in cœlum ascendit, in specie visibili iterum uenturus est. In nube suscep-
tus est, in nubibus iterum adparebit.

Quid agit Christus in cœlis, Num ecclesie
sue in terris prorsus est oblitus?

Absit. Sacerdos est ipse æternus, ut
Dauid Psalmo 110. ait, secundum ordi-
nem Melchisedech. Ideo fungitur officia
sacerdotis, pro nobis intercedit, &
nos patri reconciliat.

Quid uero discipuli agunt post ascensio-
nem Christi?

Tunc reuersi sunt Hierosolymam,
a monte qui uocatur Oliveti, qui abest
ab Hierosolymis iter Sabbathi. Et cum
introissent, ascenderūt in cœnaculum,
ubi mansitabant & Petrus, & Iacobus,
& Ioannes & Andreas, Philippus &
Thomas, Bartholomæus & Matthæus,
Iacobus Alphei, & Simon Zelotes,
& Iudas Iacobi frater. Hi omnes perse-
uerabant unanimiter in deprecatione
& obsecratione cū mulieribus, & Ma-
ria matre Iesu, cum cypri fratribus illius.

Hoc

ACTVVM APOST.

Hoc insigne & celebre est obedientiae exemplum. Sic enim illis Christus præceperat Lucæ ultimo: Vos autem sede te in ciuitate Hierusalem, quoadusque induamini uirtute ex alto.

Atqui exponebant se eare periculo
mortis.

Verum quidem est. Nihilominus tamen nihil mali ipsis accidebat, quum in Dominica uocatione & mandato perseverarent. Qui enim eis constituerat Hierosolymis conuenire, ibiç manere, is simul etiam contra omne infortunium poterat ipsos defendere.

Quot ergo in cœnaculo conuenerant?

S. Lucas ait: Erat turba nominum simul ferè centum uiginti.

Quid autem agebant ex eo tempore quo conuenissent?

Hi omnes perseverabant unanimiter in deprecatione & obsecratione cū mulieribus, & Maria matre Iesu, cūç fratribus illius, sicuti ipsis Christus præceperat, ut sedulò orarent & uigilarēt.

Nunquid

C A P V T I.

Nunquid Iudeorum impressionem
expectabane?

Absit. Consident in uirtute orationis,
inq̄ tantis fiduciæ tabernaculis,
ut etiam consultent de eligendo nouo
Apostolo, in locum Iudeæ præuaricatois.

Quo pacto hoc conficiunt negotium?

S. Lucas infit: Et in diebus his exurgens Petrus in medio discipulorum, dixit: (eratq; turba nominum simul ferè centum uiginti) Viri fratres, oportuit impleri scripturam hanc, quam prædictus spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux ihs, qui comprehenderūt Iesum: quia cooptatus erat in numerum nostrum, & sortitus erat partem ministerij huius. Et is quidem parauit agrum ex mercede iniquitatis, suspensusq; crepuit medius, & effusa sunt omnia uiscera eius. Et innotuit omnibus habitantibus Hierosolymæ, ita ut appellaretur ager ille lingua illis uernacula. **A c e l d a m a;** hoc est, ager sanguinis. Scri

B

ACT V V M A P O S T.

ptum est enim in libro psalmorum: Fi-
at cōmoratio eius deserta, & nō sit qui
inhabitet in ea: & episcopatum eius ac-
cipiat alter. Oportet igitur ut ex ijsut-
ris, qui nobiscum uersati sunt toto tem-
pore, quo Dominus Iesus perpetuam
uitæ consuetudinem egit nobiscum,
exorsus à baptismo Ioannis ad eum us-
que diē, quo receptus est à nobis, unus
quispiam cōstituatur, qui sit unā nobi-
scum testis resurrectionis eius.

Quid Petrus agit in hac prædicatione?

Principiò quidem scripturam sacrā
summē deprædicat, dicens, quod ea sit
uaticinium Spiritus sancti. Deinde ue-
rō recenset malitiām præuaricatoris Iu-
dæ, quod ex auaritī, tēterrīmi uitij, sti-
mulis Christū prodiderit. Tertiò osten-
dit ipsius interitum, quomodo seipsum
suspenderit, & medius effusis ijsi
puerit. Quarto tandem loco adhorta-
tur ecclesiam, ut alium Apostolum in
Iudæ locum sufficiat. Eumq; non Neo-
phylum, non peregrinum aut extrane-
um,

C A P V T . I.

um, uerūm qui miracula et opera Christi & audiuerit & uiderit ipse, & circa Christum omne id temporis à Ioannis baptismo ad ipsum illum usq; diem, qui tum præstō erat, fuerit, ut nunc quoque cum hisce resurrectionis Dominicę sit testis.

*Debebantne ergo duodecim Apostoli
esse?*

Sicuti secundum Romanum morē, in grauibus cauissis septem exigebātur testes, ita erāt apud Iudæos duodecim, idq; uel propter duodecim tribus Israēl, uel propter alias fortasse cauissasquādam. Vnde & Moses duodecim exploratores emittebat, ad indagandam terram Chanaan. Sic filij Israēlitici duodecim inueniebant fontes, & septuaginta palmas in Helide. Sic & Iosua duodecim lapides ex Iordanē extrahi faciebat ad terram, in perpetuam historiarū memoriam, quod filij Israēl siccis pedibus Iordanem emensi essent, in terram Chanaanorum transcurrētes. Quum

ACTVVM APOST.

ergo sublimior res non sit in toto mundo, & in rerū uniuersitate, quam ipsum Christi Euangeliū, uolebat quoque Dominus duodecim Apostolos habere, qui apertē ubiqꝫ coram omnibus hominibus & mortem & resurrectionem eius testarentur.

Quomodo discipuli cæteri Petri Sernem suscipiebant?

Omnium optimè erga ipsam affecterant. Sic enim ait S. Lucas: Constituerunt duos: Ioseph, qui uocatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam. Constat autem, quòd hi uiri fuerint insignes in timore Dei, ut secundum hominum iudicium nō paruum uersum sit dubium, uter esset alteri præferendus. Eam quoqꝫ ob cauſam discipuli electionem in Dei arbitrium reclinant, & spiritu feruente precantur.

Quæ est huius orationis summa?

Dicebant: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende utrum elegeris ex ijs duobus, ut accipiat sortem ministerij

C A P V T I.

sterij huius, & Apostolatus, unde prævaricatus excidit Iudas, ut abiaret in locum suum. Hoc est, finem suum sortitur. Brevis quidem hæc est oratio, sed potens. Nam per eam S. Matthiam ad ipsuntur. Ad hoc etiam exemplum a gendum esset nobis, si quando Rectores populi, prædicatores ecclesiæ, & parochi, aut etiam coniuges eligendi essent. Nam hæc omnia Dei dona sunt, neç ea nos comparamus humana sapientia, sed assidua & pia preicatione à Deo impetramus.

Quid est, quod S. Lucas ait: Misericordia sorte super eos, qui in 5. libro Mosis hoc ipsum fit prohibitum?

Missio sortis est duplex. Una curiositatis est et superstitionis, res futuras et occultas prænoscendi, id est sine Dei mandato & ordinatione, atque hæc est prohibita. Altera uero est in electione magistratus, in hereditatum diuisionibus, quæ & cæteris rebus politicis adhiberi solet, pro more regionis. Constat au-

ACTVVM APOST.

tem hanc ultimam esse admittendam.
Nam ita Iosua terram Chanaan Israëlit
ticis stemmatibus tribuit. Sic etiam hic
sors super Matthiam cecidit, datis sor-
tibus, & cooptatus est ad numerum un-
decim Apostolorum.

CAPVT II.

Quanam de re hoc caput tractat.

DE aduentu Spiritus sancti, quan-
do, ubi, quo pacto, unde, in qua-
nam specie, ad quos peruerterit, & quid
operatus sit, ac effecerit.

Quando aduenit ?
In festo Pentecostes.

Quid est pentecoste ?

Iudæi tria præcipua uel solennia ha-
bebant festa, quæ quoq; anno celebra-
re debebant. Primum pascha, in quo
agnum paschalem sumebant: Secundū
festuerat Hebdomadarum, quod nos
pentecosten dicimus. Tertium uero ta-
bernaculorū fixio erat: Sicuti Schoeno-
pegia,

C A P V T I I.

pegia, Deute. 16. descripta est.

Quare præsens festum pentecoste
dicimus?

Eò quòd sit quinquagesimus à pa-
schate dies. Ad paschæ enim tempus fi-
lij Israélitici Aegyptum relinquebant,
& traecto mari rubro in desertum con-
cedebant, Quinquagesimo uero demū
die ab exitu Israël, legem accipiebant
per Mosen in Sinaï monte.

Nunquid idem hoc festum Christianis etiam
præceptum est?

Non. Christiani hoc & alia festa
omnia coactè non seruant, sed pro spi-
ritus libertate. Nam quemadmodū pa-
scha celebrant, & recordantur ibidem,
ut uerus paschalis agnus, Iesus scilicet
Christus, immolatus sit pro peccatis no-
stris, & è mortuis resuscitatus: Ita & pē-
tecoste seruant in commemorationem,
ut Spiritus sanctus discipulis Christi
Hierosolymis datus sit.

Quid ergo pentecoste signat?

Reuelationem & manifestationem

ACTVVM APOST.

amborum & legis, & Euangelij. Legis
in Testamento ueteri in monte Sinai,
& Euangelij in nouo Testamento ad
montem Sion. Vt Esa. 2. ait: Lex prodi-
bit ex Sion, & uerbum Domini ex Hie-
rusalem, Vt, sicuti in testamento ueteri
apud Iudaicum populum quinquagesi-
mus quisq; annus, iubilæus dicebatur
annus, siue liber, in quo scilicet omnes
captiui & mancipia manumitterentur,
& omnes res emptæ ad naturales suos
& legitimos hæredes contingenterat:
Non ad aliū etiam modum Christia-
nis in quinquagesimo post pascha die,
Spiritus sanctus datus est, qui omnium
fidelium corda & cōscientias ab omni-
bus peccatis libera, tuta, & expedita
redit, & Christo, ut uero & unico Do-
mino, adducit.

vbi spiritus sanctus datus est?

Hierosolymis, Quum discipuli una-
nimiter congregati essent in cænaculo,
& uerbum Domini tractarent, & ora-
rent,

Quo pax

C A P V T II.

Quo pacto uenit?

Potenti eoq; dulcifono uento, ut indicaret, Euangeliū prædicationem dulciorē & gratiōrem futurā esse, quam terribilem legis concionem.

Eratne iste uentus naturalis?

Non. Alias enim totam Hierosolymam, imò & totam Iudæam perflasset. Sed erat turbo, qui quasi præcursor Spiritus sancti esse debebat. Quod si reges & principes aduentum suum per buccinæ sonitum, clangoremq; tubarum, & impetum bombardarum ædunt, ut eō & gratius & magnificenter suscipiantur, quanto magis idem faceret summa & eterna maiestas, & aduentus Spiritus sancti per signum supra modum potens. Et sicut lex Mosis est data in monte Sinai, cum tempestate cœca, nubibus caliginosis, fumo ignifero, vaporedenso, tonitru diro, & fulgure, clangore diuinæ tubæ terribili, Ita quoque datus est Spiritus sanctus Hierosolymis, in insolito & ingenti quidem stre

ACTVVM APOST.

pitu & impetu uenti, ueruntamen dulci sono. Quo Deus amborum, & legis, & simul etiam Euangeliū uirtutem expressit.

Vnde Spiritus sanctus ueniebat?

E cœlo, non occulte, sed aperte, cum ingenti uentorum quasi procella. Nam quemadmodū ingens pluua aliquādiu pendet in aére, & tandem instar catharae defluit, idq; non cū minori impetu, quām si omnia uellet inundare, replens uī sua omnes cōualles, foureas, et fossas, ut undicq; diffluant: Sic & Spiritus sanctus facit, qui quum uenit, tanta uenit cum plenitudine, ut omnia corda humilia, tam largè gratia sua ineffabili, & donis suis diuinis referiat, & delibet, ut quasi gaudio spirituali imbuantur & irigentur, nec etiā tum se continere possint, quin erumpant, & totitarrarum orbis, miracula quæ in ipsis Deus operatus est, exhibeant.

In qua specie spiritus sanctus descendit?

Sanctus Lucas ait; Vnde sunt illis discētæ

C A P V T II.

sectæ linguae uelut igneæ, sed itç super singulos eorum, ac repleti sunt omnes spiritu sancto, cœperuntç alij loqui linguis, prout sp̄ritus ille dabat eloq illis.

Quare spiritus sanctus manifestabat
se in linguis?

Lingua est administratorum mem-
brum Spiritus sancti. Nam per linguas
uerbum Domini prædicatur, cœu per
canalem, siue aquæ ductum in hominū
corda dirigitur, deduciturq;

Quare linguis dissectis?

Vt indicaret, Euangelion in uniuerso mundo omnibus linguis debere prædicari. Ut enim Dñs in Testamento ueteri ædificatores et operas turris Babylonicae in orbem undiq; dissegit: Ita & hic quoque in nouo Testamento, ædificatores Christianæ ecclesiæ per uaria idiomata, & diuersitatem linguarū ad fidei unitatem ex omnibus mūndi ciuitatibus congregauit.

Cur uelut igneis?

Præcipuum Spiritus sancti opus est,
ut

A C T V V M A P O S T .

ut corda hominum accendat, et in fide,
spe, & charitate feruida reddat, inq; de
uerbo confirmet, & in audiendo & in
prædicando : Ut duo isti discipuli, qui
Emmahus proficisciabantur , confessi
sunt.

An auferit Spiritus sanctus peccata ?

Vt sol, & uentus calidus , omnes la
cus, & loca humida indurat & exiccat.
ita etiam Spiritus sanctus ab homine tol
lit omne peccatum. Et beati sunt qui cor
da sua ad Spiritus sancti aduentum præ
parant, eumq; in fide, & charitate uene
rabundè suscipiunt. Ehi quidem libe
ri Dei certi sunt, Vx autem illis omni
bus, qui hunc consolatore contemnūt,
sive per desperationem repellūt. Nam
illi in regno Dei partem non habent, ut
S. Paulus dicit : Qui non habet spiritu
Christi, nō est eius. Si quando satis diu
pluuiā agros nostros, & hortos nostros
non conspersit, bone Deus, quę est que
rela, quæ uociferatio , quis clamor de
Deo? Quòd uero corda mortua & ste
tilia

C A P V T II.

ritia manent, & non grata inundatione
Spiritu sancti perfunduntur, nemo que-
ritur, nemo solicitus est, quum tamen il-
lud sit incommodum temporaneū, hoc
uerò damnum æternum.

Ad quos perueniebat Spiritus sanctus?

Ad Apostolos & discipulos Christi.

An non & prius Apostoli spiritum
sanctum habebant?

Acceperant utiqꝫ Spiritum sanctum,
quum flasset in eos post resurrectionē
gloriosam & salutiferam, & dixisset:
Accipite Spiritum sanctum, quorum-
cunqꝫ peccata, &c. Heic autem omnia
eius bona & dona accipiunt affatim,

Qꝫ e fuit ista?

Primò, quòd iam omnibus linguis
loquuntur, secundum omnium captū:
Iudæis Hebraicè, Græcis Atticè, Italis
Latinè &c. Deinde quòd Dei miracu-
la & facta liberè & intrepidè docent, &
deprædicant coram uniuerso mundo,
qui antea ne mutire quidem audebant,
& sedebant intra fores clausas, propter
metum

ACTVVM APOST.

metum Iudæorum. Tertiō quod inau-
dita & rara ædunt miracula in populo,
Ut Actuum Apostolicorum hic liber
satis superç ostendit.

Quid Spiritus sanctus in aduentu suo
operatur?

Incipiunt prædicare alijs linguis, pro-
ut spiritus sanctus ipsis dabat eloqui ma-
gnalia Dei. Miseri Apostoli antea per-
terfacti erant, & Christum liberè cō-
fiteri non audebant, donec Spiritus san-
ctus ueniret, & ipsos in fide confirma-
ret, sanctificaret, uegetaret, & uiuifica-
ret, ita ut in aciem prodirent, et Euange-
lium aper tè ad uniuersum mundum cō-
fiterentur.

Auscultabantne etiam?

Sic inquit S. Lucas: Erant Hierosoly-
mis habitates Iudæi, viri religiosi ex o-
mnin natione earū, quæ sub cœlo sunt.
Is rumor cum increbuisset, cōuenit mul-
titudo, & cōfusa est, quod audiret unus
quisq; lingua sua illos loquentes.

Quare commouebantur?

Habueb-

C A P V T II.

Habuerunt nimirum hanc rem pro eo, quasi Apostoli seditionem aliquam concitare uellent. Nam ad legem Moysis adsuefacti erant, iam uero ab Apostolis nouam prædicationem audiebat, Nēpe de miraculis Iesu de Nazareth, hocq; ita insolens illis & dictu mirum uidebatur.

*Quid ergo est, quod S. Lucas dicit, ipsos
fuisse uiros religiosos?*

Esto sic: Oportebat omnino Christus dictum impleri, Ioannis 16. Quando ueniet Spiritus sanctus, is arguet mundum de peccato, de iusticia, & de iudicio.

*Quomodo populus se ad spiritus sancti
præsentiam gerebat?*

Omnes obstupecebant, & confundebantur, dicebantq;: Quid hic futurū est. Alij uero pro ridiculo habebant, clamantes: repleti sunt musto. Heic nimirū audis, quid Euangelij prædicationē se quatur: concursitatur, admiratur, rixatur, dissidetur, ut et Christus dicit Mat. 10. cap. Non ueni ad mittēdam pacem sed gladium.

Cui

ACTVVM APOST.

Cui uero imputandam est, uerbo?

Non. Sed illis qui uerbo credere no
lunt. Verbum ipsum adnunciat nobis
& offert pacem, gaudium, iusticiam, &
salutē. Quod si homines cœlestia hac
dona suscipere renuunt, sinecū caussa cō
tra ea sœuire, & fremere uolunt, quid in
ipsorum insania & dementia uerbum
Dei commeruit? Quis crudelius sanū
uerbum & purum persequitur, quis let
thalius, infectius, infestiusq; Euangeliu
m criminatur, quam quidam Papæ, do
minicasti, Canonici, Monachi, Monia
les, & Sacerdores, castus ille populus,
qui etiam gloriari audent, se Christianū
orbem conseruare cantu suo, tinnitu
suo, signis suis, campanis suis, supersti
tiosis suis preculis, dæmoniacis suis in
censionibus, uti Cetus ille magnus sc̄i
licet mundum in cauda sua sustinet.

Quid respondent Apostoli ad illam
Iudeorum irrisiōnem?

S. Lucas infit: Stans autem Petrus
cum undecim, extulit uocem suam, ac
locutus

C A P V T VII.

locutus est eis: Viri Iudei, et qui habita-
 tis Hierosolymis uniuersi, hoc uobis
 notum sit, & auribus percipite uerba
 mea. Non enim sicut uos existimatis, hi
 ebr̄ij sunt, cum sit hora diei tertia. Q.d.
 uellet: Qui ebr̄ij sunt, de nocte ebr̄ij
 sunt, nō de matutino tempore, i. Thess.
 5. Sed hoc est quod dictum est per Pro-
 phetam: Et erit in nouissimis diebus, di-
 cit Deus, effundam de spiritu meo su-
 per omnem carnem. Et prophetabunt
 filij uestrī, & filiæ uestræ: iuuenes ue-
 stri uisiones uidebunt, & seniores ue-
 stri somnia somniabunt. Et quidem su-
 per seruos meos, & super ancillas meas
 in diebus illis effundam de spiritu meo,
 & prophetabunt: & dabo prodigia in
 cœlo supernæ, & signa in terra infernæ,
 sanguinem & ignem, & uaporē fumi.
 Sol conuertetur in tenebras, & luna in
 sanguinem, antequam ueniat dies ille
 domini magnus atq; illustris. Et futurū
 est, ut omnis quicunq; inuocauerit no-
 men Domini, seruetur. Hocq; initium.

C

ACT V V M A P O S T .
est prædicationis Petrinæ in pentecoste.

Quidnam hominis erat Petrus ?
Homo simplex, cordatus, idiota &
piscator.

Quid uero ex eo fit ?
Doctus prædictor, insignis scriptu-
ræ explicator, Apostolus Christi fidei
lis. Prius ad summi pontificis Caiaphæ
ancillam consistere non poterat, iam autem
coram uniuerso mundo perseuerat.
Antea deterrebat ipsum muliercula, ut
Christum negaret, iam uero Christum
confitetur summa cum parrhisia, in co-
spectu omnium hominum, Iudæorum
pariter & gentium. Antea corporali gla-
diolo unicum Malchum percutiebat,
iam uero gladio spiritus, hoc est, uerbo
Dei, uniuersum mundum secat. An ue-
ro hoc non est Dei opus, & miraculum
Spiritus sancti ? Quæ humana poten-
tia, quæ sapientia, quæ denique pruden-
tia hic potuisset Petri tam citò tamque
mirabiliter animum immutare ?

Quid

C A P V T II.

Quid hominum erant fratres eius?

Pauperes, & rudes pescatores, publicani, abiecti & uiles homines. Tamen possunt & audent omnem intellectum humanum captiuare, omnium Iudeorum pariter & gentium religionem & cultum mutare, omnes huius seculi sapientes confundere, omnes pontifices summos, Pharisæos, Sadducæosq; & hypocritas & parietes dealbatos nominare. Breuiter, in omnibus suis actionibus liberè & dextrè perrumperant.

Quid cauſſæ ſuberat?

Deus eos constituerat principes in uniuerso mundo, ut Psalm. 45. dicit: & eis potestatem dederat super omnia dæmonia, morbos, & infirmitates, Luc. 9. capite.

Quid Petrus prædicabat?

Sic inquiebat: Viri Israëlitæ, audite verba hæc: Iesum Nazarænum, uirum exhibitum à Deo erga uos uirtutibus,

C 2

ACTVVM APOST.

& prodigijs & signis, quæ fecit per illū
Deus in medio uestrī, sicut et ipsi scitis,
hunc definito consilio præscientia Dei
traditum, cùm accepissetis per manus
iniquorum, crucifixum interemistis,
quē Deus suscitauit solutis doloribus
mortis, quatenus impossibile erat tene-
ri illum ab ea. David enim dicit de eo:
Prouidebā Dominum corām me sem-
per: quoniam à dextris est mihi, ne com-
mouear. Propter hoc lætatum est cor
meum, & exultauit lingua mea: insu-
per & caro mea requiescet in spe. Quo-
niam non derelinques animam meam
in inferno: nec sines ut sanctus tuus ut-
deat corruptionem. Notas mihi fecisti
uias uitæ: replebis me iucunditate cum
faciet tua. Viri fratres, quandoquidem
licet liber è dicere apud uos de patriar-
cha David, quōd & defunctus est, & se-
pultus est, & sepulchrum eius est apud
nos usq; in hodiernum diem. Propheta
igitur cùm esset, & sciret, quod iureiu-
do iurasset sibi Deus, futurum ut de-
fructu

C A P V T . II.

fructu lumbi ipsius, quantum ad carnē,
Christus exoriretur, ac sederet super se
dem eius, præscius locutus est de resur-
rectione Christi, quōd non derelicta sit
in inferno anima eius, neq; caro eius ui-
derit corruptionem. Hunc Iesum susci-
tauit Deus, cuius omnes nos sumus tes-
tes. Dextera igitur Dei exaltatus, &
promissione Spiritus sancti accepta à
patre, effudit hoc quod nunc uos uide-
tis & auditis. Non enim David ascen-
dit in coelos, sed dicit ipse: Díxit Domi-
nus domino meo, sede à dextris mihi,
donec ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum. Certò sciā ergo tota
domus Israël, quōd Dominū & Chris-
tum fecerit Deus hunc Iesum, quē uos
crucifixisti.

Quid agit Petrus in hac predicatione?
Percurrat & perstringat breuiter to-
tam quidem scripturam, quasi peritus
aliquis Rabbi, & predicator per omnē
etiam uitæ cursum absolutissimus exti-
stet. Principiō quidem ostendit, quis

ACT VVM T A P O S T .

fuerit ille Iesus Nazarænus , quidnam
miraculorum ædiderit, & quid bonorū
ipsis Iudeis etiam in curādis coecis, debi-
libus, surdis, & leprosis, contulerit. De-
inde ostendit, quidnā mercedis ipsi pro
hac benignitate & beneficentia dede-
rint, Nempe cruci adfixerint, & occide-
rint insuper etiam.

Quid Iudei ad hanc Petri concionem?

Hac concione Petri penitus cōster-
nuntur & angustiantur toto terrarum
orbe. His enim auditis compuncti sunt
corde, & dixerunt ad Petrum, ac relis-
quos Apostolos: Quid faciemus, uiri
fratres? Petrus ait ad illos: Delictorū
poenitentiam agite, & baptizetur unus
quisque uestrum in nomine Iesu Chris-
ti in remissionem peccatorum, & acci-
pietis donum Spiritus sancti. Vobis e-
nim facta est remissio, & filijs uestris,
& omnibus qui longè sunt, quoscunq;
aduocauerit dominus Deus noster. A
Ihsu uerbis plurimis testificatus est &
exhortatus est eos, dicens: Seruemini a
generatione ista praua. Quid

C A P V T II.

Quid autem Petre, nimium mitis es erga laos
tronestrunculos: Vide quām sanguinolen-
tas adhuc manus habeant: Quām potius pri-
mūm se purifcent, deinde & aliquot dies
iciunent?

Minime. Petrus horum nihil quicq;
agit, nō reseruat sibi casus Papales, siue
Episcopales. Nec etiam pecuniam exi-
git ab eis, in cistam indulgentiarum cō-
nīciendam, non indicit uiolentum ieiua-
num, nō peregrinationes, ut Papistæ
faciunt: Verūm rem breuiter perstrin-
git, adhibet eis breuem & salutiferā ab
solutionē, inquiens: Agite pœnitentiā.

Quid autem est, agere pœnitentiam?

Confiteri peccata sua, & ea detestari,
atq; Deum pro delictorum condona-
tione orare, firmiterq; credere, q; Deus
peccata omnia propter Christum remit-
tere misericorditer uelit, Quare, inquit,
seruemini à generatione ista prava, &
acciūatis baptismum pœnitentiæ ue-
ra in nomine Iesu Christi.

Quæ est ista generatio prava?

ACTVVM APOST.

Certō summi pōtifices, Leuite, Pharisæi, Sadducæi, Scribæ, Herodes, Pilatus, & huiusmodi impij Iudæi pariter & gentes.

Quid effecit hæc Petri predicatio?

Qui sermonem eius lubenter suscipiebant, baptizabantur, & accedebant in die illo animæ circiter ter mille. Hocq; primitiæ ecclesiæ initium est, & prima Petri, piscatoris Euangelici, captura. Conuertebat unius diei spacio tria hominum millia.

Quinam fidei fructus sequebantur Christianos novos?

Erant perseverantes in doctrina Apostolorum, et non in doctrina sumorum Sacerdotum, Phariseorum, & pseudoprophetarum. Perseuerabat quoq; in communicatione & fractione panis, & precationibus. Congregati enim erant, & habebant omnia cōmunia, uenidebant bona sua, & diuidebant omnia sua inter se, prout cuiq; opus erat. Nam quotidie perdurantes unanimiter in templo,

C A P V T II.

plo, & frangentes per singulas domos
panem, in uicem sumebant cibum, cum
exultatione & simplicitate cordis laudā-
tes Deum, & habentes gratiam apud
omnem plebem.

*E*cquid conduceret, ut etiam dum in Christia-
na ecclesia haberetur eo modo?

Sanè quidem: Primum in Christia-
na ecclesia salutaris concio haberetur:
Deinde huic feruens succederet preca-
tio: Mox esurientium pastio, & sitiēn-
tium refectio: postremò autem (siquis
etiam spiritualiter esuriret & sitiret) fa-
cros sancti Sacramenti coenæ Domini-
cæ subministratio: Cui adiungendum
etiam assiduum exercitium fructuum
Sacramenti, celebratio uidelicet Dei,
gratiarum actionum oblatio, & proxī-
mi subleuatio uerbis, & simul operi-
bus. Quæ ubi ita fierent syncerè, Spir-
itus sanctus diu non abesset, uerūm ci-
tò unà cū omnibus suis & bonis & do-
nis præstò futurus esset, temporaliter
& æternaliter. *Q*uod Deus nobis ogi

C,

ACTVM APOST.
nibus concedat secundum misericordiam suam ineffabilem. Amen.

CAPVT III.

Quid in hoc capite S. Lucas agit?

DEscribit quo pacto prædicatio Euangelij per miraculum, & opus Dei confirmata & adprobata sit.

Recense historiam miraculi.

Sic S. Lucas scribit: Simul autem Petrus & Ioannes ascendebant in templū, ad horam precationis nonam. Et quidā vir, qui erat claudus ex utero matris sue, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur speciosa, ut peteret eleemosynā ab introēntibus in templum.

Quarum S. Lucas mentionem facit horas nonas?

Iudæi precationibus duo tempora constituerant. Matutinum & uespertinum. Manè holocausta, uesperi uero sacrificia habebant. Quum ergo iam dies

C A P V T III.

dies apud ueteres in horas duodecim dicitur
Iesus esset, haec nona hora circa uesperum
fuit, propemodum eo, quo nostri
uespertinas preces habere solent, tem-
pore. Tumque Ioannes & Petrus in tem-
plum ad orandum conueniunt. Nostris
homines carnales eo tempore potissimum
ad comedationes plerumque con-
volant, compotationes & uoluptates
potius carnales, quam ad templum.

Quare in templum conueniunt ad oran-
dam, ecquid domi orare poterant?
Num uero oratio efficacior ea est,
qua in templo habetur, quam qua
domi?

Ideo conueniunt in templum ad ora-
ndum, ut populo ibi congregato, Dei
verbum, & Euangelion de resurrectio-
ne Christi adnunciant, & Christi no-
men uniuerso mundo manifestent. Et
adhuc Deus insigne profert medium,
Nempe hunc claudum, qui ante templum
sedebat & mendicabat.

Bermilio.

ACTVVM APOST.

Permittebant igitur Iudei pauperes suos
mendicare?

Vel in hoc uidemus & audimus,
quod Iudei a lege Mosis defecerint.
Præceptum enim eis Deuteronomij 14.
Omnino non sit inter uos mendicus.
Et rursus: Non desinent inter uos esse
pauperes in terra uestra, Quare præcis
piotibi & dico, ut manum tuam aperi
as fratri tuo, qui in necessitate est; & ex
gestate, in terra tua. Et quod magis & co
modius præceptum hoc possent serua
re, a Deo erat constitutum, ut semper
quouis triennio decimas colligerent,
pro uiduis & orphanis. Præterea præcep
tum etiam ipsis erat Deut. 24. ut in uil
neis, & in agris reliquiæ non colligeren
tur, sed relinquerentur pauperibus. A
hæc in templo peculiare erat Gazophy
latium, unde pauperum subministrati
nes depromebantur. Sed hæc omnia &
tunc pontifices summi, & Pharisei ad
se rapuerant, ita ut nemo post hac pau
perum curam gereret, & Iudea plena
menda

C A P V T III.

mendicorum esset, contra Dei & præceptum & mandatum.

Licet ergo pauperibus mendicare a-
pud Christianos?

Decimæ primæ tūm pro pauperibus, u-
duis, orphanis, & ecclesiæ ministris sunt
ordinatæ: Sicut & Xenodochia, uisces
rationes, & istiusmodi eleemosynæ.
Sed similiter hodie fit, ut & apud Iude-
os, omnia diripiuntur ac prophanātur.
In Oenopolia enim & spectacula lubē-
tius grossus cōfertur, quam bes aliquis
minutus in Gazophylatum. Que tan-
dem pœna subsequutra sit, ipsi expes-
rientur.

Quid ille claudus Petro & Ioanni
respondebat?

Quum uidisset Petrum ac Ioan-
nem ingressuros in templum, rogabat
ut eleemosynam acciperet. Defixis au-
tem in eum oculis Petrus cum Ioanne
dixit: Aspice in nos. At ille intendebat
in eos, sperans se aliquid accepturum ab
eis. Petrus autem dixit: Argentum &
aurum

ACTVVM APOST.

aurum nō est mihi: quod autem habeo,
hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Na
zaræ n̄isurge, & ambula. Et apprehen
sa manu eius dextra, erexit eum. Protis
nus autem consolidatæ sunt plantæ illis
us, ac tali. Et exiliens stetit & ambula
bat, intravitq; cum illis in tēplum inam
bulans & saliens, ac laudans Deum.

Quid nos exemplum hoc docet?

Hoc exemplum Petri & Ioannis do
cet nos, quodnam uerum sit officium
Episcoporum & Pastorum. Nam pri
mū quidem Euangelium prædicare
debent purè & syncerè in Christiana
ecclesia. Verūm interim etiam paupe
res, uiduas, & orphanos procurare, resi
piscientibus peccata remittere, hominē
& corpore & anima per uerbum con
seruare. Hinc duodecim Apostoli se
totas dediderunt prædicationi Euange
lij: septem uero suffecti diaconi, curam
pauperum habebant. Et haec sanè cura
non leuis fuit in primitiua ecclesia, pī
enim Episcopi, Ambrosius & Paulus

C A P V T III.

nus conflabant calices & monstrata,
quę dicūt, & pauperibus ea ratione pro
uidebant. S. Martinus uestis partem,
S. Nicolaus auri frusta erogabat. S. Do
minicus proprium corpus uendebat, &
collectam inde pecuniā pauperibus e-
largiebatur. Eoq̄ tēpore bona ecclesiæ
nō aliter dicebantur, q̄b bona pauperū,
usq̄ ad Papā Sabinianum, qui Grego-
rio magno succedebat, is bona ecclesiæ
egregiè compilabat. S. Petrus hic necq̄
aurum habet, necq̄ argentum, unde era
go Papæ, qui successor & hæres S. Pe-
tri esse uult, tanta uis pecuniarum & bo-
norū;

Quomodo populus ad hoc miraculū se gerit?
Vidit eum totus populus ambulan-
tem, ac laudātem Deum. Agnouerūt q̄
illum, quod ipse esset is, qui ad eleemosy-
nam federat ad speciosam portam tem-
pli. Et impletis sunt admiratione & stu-
pore super eo quod contigerat illi.
Cūm teneret autem qui sanatus fue-
rat claudus, Petrum & Ioannem, cui
currit

ACTVVM APOST.

currat totus populus ad eos in porticu,
quæ appellatur Salomonis, stupefa-
ctus.

Quid uero Petrus ait ad istam turbe
admirationem?

Respondit: Viri Israëlite, quid mira-
mini super hoc, aut nos quid intuemis-
ti, quasi nostra uirtute ac pietate effe-
cimus, ut hic ambularet? Deus Abras-
ham, & Isaac, et Iacob, Deus patrum no-
strorum glorificauit filium suum Ies-
sum, quem uos tradidistis, ac negastis
in conspectu Pilati, cum ille iudicasset
esse absoluendum, Vos autem sanctu-
& iustum negastis, & postulauitis, ut uia-
rum homicidiam donaret uobis, auto-
rem uero uitę interfecistis, quem Deus
fuscitauit a mortuis, cuius nos testes su-
mus: & per fiduciam nominis eius huc
quem uidetis ac nostis, consolidauit no-
men ipsius: & fides que per eum est, de-
dit ei integritatem istam in conspectu
omnium uestrum.

Quid S. Petrus tradit in hac prædicatione?
Primum,

C A P V T . I I I .

Primum tollit inanem ipsorum persuasione, ne tale miraculum discipulorum personis adscribant, sed soli Deo. Deinde profert promissionem, quam Deus patriarchis, Abraham, Isaac, Jacob, Moysi, & Davidi fecerat, quod eam ipsam nunc in ipso Christo absolutè exhibuerit. Tertiò opponit graphicè Christum latroni Barrabæ. Et Iudeos manifestè cōuincit, quod Christum innocenter crucifixerint, & occiderint. Quartò indicat, quod Deus hūc è mortuis suscitauerit, & per fidem in nomen eius hunc claudum fuisse sanatum. Quinto demum loco ostendit originem eorum, dicens: Estis filii Prophetarum, & fœderis, quod Deus icit cum patribus uestris, cūm diceret Abraham: Per semen tuum benedicuntur omnes generationes terræ. Vobis præcipue Deus filium suum suscitauit Iesum, & ad uos misit, ut uobis benediceret, ut quisq; per eum conuertatur ab iniusticia sua, & seruetur. Nihilominus

D

ACTVM APOST.

camen quum saluator hic uenisset, nolebat is eum suscipere, sed eum negabatis ante Pilatū, & clamabatis: Tollite, crucifigite. Et quamuis Pilatus totus genitilis existeret, & scripturæ ignarus, omnem tamen operam dabant, ut Christum de uestris manibus sanguinolentis liberaret. Sed uos, ut estis præfracti, distorti, & inhumani, Messiam uestrum, auctore uitæ, cruci adfixistis, & petijstis manifestum istum latronem Barrabā dimitti.

Quid uero hæc prædicatio operabatur?

Hac quidem legis prædicatione Petrus tantum terrorē incusserat Iudeis, ut nescirent quò se commode proriperent. Quum ergo uideret ipsos per terrefiri, ostenditeis uiam, qua à peccato liberi reddi queant, dicens: Et nunc scio fratres, quòd per ignorantia fecistis, sicut & principes uestri. Deus autem quæ prænunciauerat per os omnium prophetarum suorum, Christū passurum, impleuit sic. Pœnitentia uos igitur,

C A P V T I I I I .

igitur, & cōuertimini, ut deleantur peccata uestra, ut cūm uenerint tempora refrigerationis a cōspectu Domini, & miserit eum, qui antē prēdicatus est uobis, Iesum Christum, quem oportet quidem cœlum accipere usq; in tempora restitutionis omniū quæ locutus est Deus per os omnium sanctorum suorum a seculo prophetarum. Dulcissimis & saluberrimis hisce uerbis S. Petrus consolatur adflictos Iudeos, et referat ipsis cœlum, dicens: Quod si resipiscant, & ad Christum conuertantur, futurum ut remissionem omnium peccatorum suorum, tandemq; æternam uitā unā cum electis omnibus, consequantur. Amen.

C A P V T I I I I .

Quid proponit nobis caput hoc?

P R I M U M crucem discipulorū Christi, deinde insignem ipsorum perseverantiam. Tertio uero loco precatio nem, & unitatem fidelium.

D 4

.
Quid S. Lucas de discipulorum cruce
ce refert?

Loquentibus autem illis ad populum,
superuenerunt illis sacerdotes ac magi-
stratus templi, & Sadducæi, molestè fet-
rentes, quod docerent populum, & an-
nunciarent in nomine Iesu resurrectio-
nem ex mortuis: & iniecerunt eis ma-
nus, posueruntq; eos in custodiam in
posterum diem. Nam erat iam uespera.
Multi uero eorum, qui audierant ser-
monem, crediderunt: & factus est nu-
merus uirorum circiter quinq; milia.
Atq; hic impletum est, quod Christus
refert Matth. 10. Discipulus non est su-
pra magistrum, nec seruus supra do-
minum: Quod si me persecuti sunt, per-
sequentur & uos: Si seruarūt uerbum
meum, seruabunt & uelstrum.

Num insolita est ista persecutio?

Satan ab initio mudi declaratus Dei
hostis est: Quia de causa nunquam nō
contra Christum sœvit. Ibi est perpetu-
um odium, perpetuum bellum, & impla-
cabilis

C A P V T I I I I .

cabilis ira . Diabolus est diffamator,
Christus saluator, Diabolus ad peccata
impellit, Christus à delictis liberat, Di-
abolus excœcat homines, Christus illu-
minat, Diabolus mortis princeps & au-
tor est, Christus uitæ dator, Diabolus
ad inferos rapit, Christus omnia post se
trahit in altum , Diabolus Euam & A-
dam ad lapsum prouoluebat, Pharao-
nem aduersus sanctum Israël instiga-
bat, Saulem aduersus Dauidem, impi-
os Iudæos aduersus viros Dei, & Pro-
phetas sanctos, Philistæos immanes, &
reliquas diras gentes contra Christum.
Ita hic quoq; Sadduceos, & Sacerdotes
contra Petrum & Ioannem excitabat.

Num aperte ita agit?

Non : Sed sub miro prætextu : Quia
Satan ad fabrè sese transformat in ange-
lum lucis. Ad Euam non dicebat : mo-
riemini, ut Dominus . Sed : Eritis sicut
dij. Pharao etiam caussam capit aduer-
sus Israëlem, & refert: quod si in terra
nostra bellum exoriretur, uerendum fo-

ACTVVM APOST.

ret, ne ad hostes quoq; nostros deficeret, & nos subiugaret, terramq; desolaret. Simili modo Caiaphas cauissimis sumit, aduersus Dominum grauiter consulendi, dicens: Expedit unum hominem mori, quam totum populum perdi: Sic & hic malè habet sacerdotes & Sadducæos, quod homines illiterati, Piscatores, & publicani doceant populum, & ipsos de morte Domini adculsent. Perinde ac si imperitus alius surgeret in regione aliqua, seu ciuitate, & iudices adculsaret & consiliarios, quod pauperem aliquem hominem iniuste damnassent, & morti adiudicassent, is haud leue quidem periculum subiret. Atque sic Petro & Ioanni factum est.

*Actum ergo est de Euangelio, successu
buit nomen Christi, deterretur iam
populus omnino à ueritate propter
discipulorum captiuitatem!*

Non: Sed Euangelion magis magisq; inclarescit. Nam hisce abductis in vincula,

C. A. P. V T. IIII.

uincula, multe orum qui audierant ser-
monem, crediderunt: & factus est nu-
merus uirorum circiter quinque milia.
Enmiracula Dei. Satan putat se per ca-
ptiuitatem discipuloru[m] auditores a uer-
bo auertere & deterrere, fidem delere,
nomen Christi extinguere, Sed Euau-
gelion crescit, duo milia hominum cre-
diderunt,

Quid agunt Sacerdotes & Saddus
et i c u m c a p t i u s ?

Postero autem die congregabantur
seniores, & principes, & scribae Hiero-
rosolymis, Hannas princeps sacerdo-
tum, & Caiaphas, & Ioannes, & Alex-
ander, & quotquot erant de genere po-
tificio. Et cum statuissent eos in medio,
interrogabat: Qua uirtute, aut quo no-
mine fecistis hoc uos?

Quid respondent discipuli?

Tunc Petrus repletus Spiritu sancto,
dixit: Principes populi, & seniores Is-

ACTVVM APOST.

raél, si nos hodie examinamur de eo
quod beneficerimus homini infirmo,
quaratione iste saluus factus sit: notum
sit omnibus uobis, & toti plebi Israél,
quod per nomen Iesu Christi Nazaræ
ni, quem uos crucifixistis, quem Deus
suscitauit à mortuis, per hunc iste astatat
corām uobis sanus. Hic est lapis ille qui
reiectus est à uobis ædificantibus, qui
factus est caput anguli: nec est in alio
quoquam salus. Nec enim aliud nomē
est sub cœlo datum inter homines, in
quo oporteat nos saluos fieri,

Quomodo Sacerdotibus & Sadducæis ar-
ridebat hæc prædicatio;

Videntes autem Petri in dicendo li-
bertatem, & Ioannis, compertoq; quod
homines essent illiterati & idiotæ, ad-
mirabantur, & agnoscebant eos, quod
cum Iesu fuissent: hominem autem ui-
dentes stantem cum eis qui sanatus fue-
rat, nihil poterant contradicere: iussis
autem illis è concilio secedere, confere-
bant inter se, dicentes: Quid faciemus
hos

C A P V T I I I I .

hominibus istis? Nam conspicuum si-
gnum æditum esse per eos, omnibus ha-
bitantibus Hierosolymis manifestum
est, nec possumus inficiari. Sed ne am-
plius diuulgetur in populum, minaci-
ter interminemur eis, ne posthac loquā-
tur in nomine hoc ulli hominū. Et ac-
cessit illis præceperunt, ne omnino lo-
querentur, nec docerent in nomine Ie-
su. Hic considera conscientias utriuscq;
partis. Discipuli etiamsi captiuati, ala-
tres sunt, & imperterriti, Sacerdotes et
Sadducæi licet sint liberi, & soluti, &
obtineant administrationem, tamen ad
solū etiam strepitum sibi timent.

Ad quid ergo congregantur?

Ad delendam ueritatē, ut qui & an-
tea autorem uitæ crucis fixissent.

Q[uod]a de re consultant?

Quo pacto Christi discipulos interfisi-
ciant, ut qui & antea Magistrum ipsum
occidissent.

Quodnam mandatum eis dant?

Adcercebant illos, & præcipiebant

D 5

ACTVVM APOST.
ne omnino loquerentur, uel docerent
in Iesu nomine.

Quid ad haec respondent?

Dicebant: An iustum sit in conspe-
ctu Dei uos potius audire, quam Deū,
iudicare. Non enim possumus quæ uis-
dimus & audiūimus, non loqui. At illi
additis minis, dimiserunt eos, nihil in-
uenientes, qua ratione punirēt eos pro-
pter populum: quia omnes glorifica-
bant Deum super eo quod acciderat.
Annum enim erat amplius quadra-
ginta homo, in quo æditum fuerat si-
gnum istud sanationis.

Vbi interea temporis manebant Pe-
trus & Ioannes?

Dimissi autem uenerunt ad suos, &
annunciauerunt quæcunq; sibi princi-
pes sacerdotum & seniores dixerant.
Quicùm audissent, unanimiter attolle-
bant uocem ad Deum.

Quid continet illa precatio?

Dixerunt: Domine, tu es Deus, qui
fecisti cœlum ac terrā, mare, & omnia
quæ

C A P V T III.

quæ in eis sunt: qui per os Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: Astiterunt reges terræ, & principes conuerterunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Conuenerunt enim uerè aduersus sanctum filium tuum Iesum, quem unxeras. Herodes simul & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israël, ad faciendum quæcumque manus tua, & consilium tuum prius decreuerat ut fierent. Etnūc Domine aspice in minas eorum, & da seruis tuis, ut cum omni fiducia loquantur sermonem tuum: manum tuam porrigitendo in hoc, ut sanatio & signa, & prodigia ædantur per nomen sancti filii tui Iesu.

Quid post hanc prædicationem fiebat?

Et quum orasset illi, motus est Iesus in quo erant congregati: & repleti sunt omnes Spiritus sancto, & loquebantur sermonem Dei cum fiducia. Hic loquitur aliud sibi nihil uult, q[uod] Deus præstò

ACTVVM APOST.

præstò esse uelit, & ostendat hoc signo,
discipulorum orationem exauditam es-
se. Ut olím in templo Solomonis ignis
cœlitus descendebat, et consumebat sa-
crificia: quo Deus miraculo ostendes-
bat, quod Regis Solomonis precatio-
nem exaudiisset, ipsumq; uoti compo-
tem reddere uellet,

*Quomodo se gerebant fideles, & homines
nuper facti Christiani?*

S. Lucas inquit: Multitudinis autem
credentia erat cor unum, & anima una:
nec quisquam aliquid eorum quæ pos-
sidebat, suum esse dicebat, sed erant il-
lis omnia communia. Et uirtute magna
reddebat Apostoli testimonium resur-
rectionis Domini Iesu: & gratia ma-
gna erat super omnes illos. Neq; enim
quisquam egens erat inter illos. Quot-
quot enim possessores agrorum, aut ar-
dium erant, uendentes afferebat precia
eorum quæ uendita fuerant, & pone-
bant ad pedes Apostolorum. Distrin-
guebatur autem singulis prout cuique
opus

C A P V T III.

opus erat. Hi sunt fructus fidei in Christum in ecclesia primitiva. Unio amorum, communio bonorum. Ita Spiritus sanctus ipsos illuminauerat in fide, spe, & charitate, ut neminem in sua congregatione paterentur necessitate premi.

Ergo Monachi sic omnium optimi Christiani habebuntur, imitantes in hoc discipulos Christi?

Monachi & Moniales bona sua sic non conferunt, sed fictam istam & falsam paupertatem, obedientiam & castitatem exercent de aliorum bonis. Quare hoc se exemplone quaquam defendere possunt: Spiritus sanctus hoc discipulorum exemplo significare uult, uirtutem & operationem fidei ueræ, & dilectionis non sicut æ. Nempe quod, qui uerè in Christum credat, is demum per Spiritum sancti gratiam ita accendatur, ut omnis desiderij & affectionis temporanearum & terrenorum obliuiscatur; quodque talis paratus sit, uel omnia bona

A C T V V M A P O S T .

ſta ſua, ſi neceſſitas poſtularet, in ecclēſia
am cōferre, aut ea, iubente Deo, diueni-
dere, uel ſi hoſtes eripuerint, ihs in pati-
entia propter Deum carere.

Debemus ergo & nos talem inſtituere ecclē-
ſiam, qualem diſcipuli Christi?

Congeramus etiam noſ communem
theſaurum, non pro nobis (ut iſti in pri-
mitiua ecclēſia, qui nihil proprij retine-
re ſibi uolebant, quod quidem hoc tem-
pore fieri nō potest, nec etiam opus eſt,
ſicuti nec præceptum)uerūm pro pauperi-
bus, oppreſſis, captiuis, uiduis, ora-
phanis, egentibus, ægrotis & infirmis.
Quod ſanē à nobis cōmodē fieri poſ-
ſet, ſineq̄ omni noſtro incōmodo, imo
cum maximo noſtro omnium incre-
mento, & cōſcientiarum alacritate poſ-
ſemus in festo aliquo die denarium aut
numulum in Gazophylacium coni-
cere, aut aliud quippiam in Testamen-
to, ſiue ultima uoluntate in corbonam
delegare, ut nihil quicquam etiam de-
ſtrimenti in bonis & facultatibus no-
ſtris

C A P V T V.

stris sentiremus. De fide certe gloriamur, sed fructus non sequuntur.

C A P V T V.

Quid docet nos hoc caput?

PRIMVM horrendum exemplum diuinæ vindictæ , deinde magna ista miracula quæ Apostoli ædebat, Tertiò captiuitatem & liberationem Apostolorum. Quartò consilium Gamalielis. Quinto demum loco, ut cæsi Apostoli gaudentes ierint à conspectu impij concilij.

Quomodo sonat exemplum diuinæ vindictæ?

Sic scribit sanctus Lucas: Vir autem quidam nomine Ananias cum Saphira uxore sua uendiderat possessio nem, & seposuerat de precio, conscientia etiam uxore sua , & allatam partem alii quam ad pedes Apostolorum posuit.

Quid

ACT V V M A P O S T.

Quid mouet hosce duos homines, ut bona
sua uendant, & adserant pecuniam ad Apo-
stolorum pedes?

Videbant quod Iosæ agrum suum
uendidisset, & pecuniam ad Apostolo-
rum pedes proiecisset, indeq; nomen
satis magnificum sibi comparasset, Bar-
tabæ, quod signat cōsolationis filium,
unde opinabantur se etiam ex parte sua
pecunia honores magnos, & magnifi-
cam laudem consequuturos, quod qui-
dem ab initio erat. Deinde uerò etiam
putabant, Euangelium in tantis mina-
rum, & persecutionum procellis sumi-
morum sacerdotum, Phariseorum, &
seniorum non diu duraturum: Et eti-
am si immotum maneat, futurum tamē
ut communia ista bona tātæ hominum
turbę neutquam sufficerent. Quare cō-
uenerant, & emebant sibi de dimidiata
pecuniae parte conuictum apud Apo-
stolos. Reliquum uerò sortis sibi claus-
culum adseruabant, ut, ubi hęc Christia-
norum secta, quam dicebant, dirimere-
tur,

C A P V T V.

tur, aut communia ista bona finem subi-
tum sortirentur, haberet ipsi nihil omis-
sus comeatum unde uiuerent. Hęc est
diffidentia, auaritia, & furtum.

Num peccatum est, pecuniam uel de suo re-
ponere, colligebat & Ioseph frumentum in
Aegypto, & reponebat. Sic & Dauid mul-
tum bonorum congrebat, & S. Paulus dia-
cic: Parentes thesaurum colligant liberis,
2. Cor. 12.

Collectio uel depositio bonorum per
se mala non est, Sed caussa & ratio hu-
iusmodi collectionis rem totam uel bo-
nam uel malam reddit: Si caussa bona
est, collectio etiam bona est: si caussa iu-
sta non est, iniusta & collectio est. Io-
seph frumentum colligebat in Aegy-
pto, pro pauperibus, propter futuram
caritatem annonae. Dauid multas di-
uitias colligebat ad templi ædificatio-
nem, quod filius suus Salomon extrues-
re debebat. Sic & marsupium commu-
ne Christus apud Iudam habebat. Sic
& pater & mater, ut Paulus infit, libes-

E

ACTVM APOST.

ris thesauros querant, nō ad avaritiam, non ad mundi pompā, sed ad usum pīz bonæq; conuersationis & uitæ. Si uerō cauſa est illicita, certè collectio licita esse nequaquam potest. Pueri Israēlitici Mannam colligebant, & in commeatum reponebant usque in futurum diem, tum uermiculi occupabant eam, & putrescebat, Cūm uero non reponebant, pura manebat: Deus enim sic praeceperat, Exo.16. Non aliter diuitiæ illi Luc.12.cap.suæ diuitiæ proderat, & frumenta in cōmeatum multorū annorum: Sic quoq; Ananiæ hic res succedit, & uxori suæ Saphiræ, inopinata morte moriuntur. Sic eueniet dicit Christus, omnibus qui thesauros colligunt, nec in Deo diuites sunt.

Quid inquit Petrus Ananiæ
huic?

Dicebat: Anania, cur impleuit satanas cor tuum, ut mentireris Spiritui sancto, & fraudares de precio agriculæ? Nōnne proorsus tibi manebat, & uenundatus

C A P V T . V.

Matus in tua erat potestate: Quare pos-
 suisti in corde tuo rem istam: Non es
 mentitus hominibus, sed Deo. Audiēs
 autem Ananias hæc uerba, collapsus ex-
 pirauit. Hic nimis uidere est, quanto
 Deus odio prosequatur peccata, quā
 ēq; minimè impunita abire sinat. Quā
 mendacium uerè opus diabolicum sit,
 & ubi mendacium cor inuaserit, Spirīs
 tussanctus profligatus est. Hi bona sua
 cuncta diuendūt, & pro dimidiata for-
 te se Apostolicae communitati immi-
 scent, sed reliquam summulæ partem
 sibi asseruant. Vnde incredulitas eorū
 clare cōspiciebatur, & cor deploratum
 emicabat. Timebant ne apud Christia-
 nos fame perire cogerentur, subdolē
 interim etiam agētes sub nomine Chri-
 sti, mentientesq; Spirītu sancto, temes-
 rē, & sine ulla necessitate. Ideò & Des-
 us ipsos punit morte improuisa.

Quid uero alij discipuli Christi a-
 gunt, non apprehendunt Petrum ut
 homicidam?

E 1

ACTVVM APOST.

Non: Nam ortus est timor magnus
super omnes qui hæc audierunt. Vide-
bant proculdubio hominem illum mē-
dacem non à Petro, sed à Deo ipso per-
cuti. Ideò & surgentes iuuenes amoue-
runt eum, elatumq; sepelierunt.

Quid uero uxori Saphire accidebat?

Intercessit autem fermè horarum tri-
um interuallum, uxor quoq; ipsius ne-
sciens quod factū fuerat, introiuit. Re-
spondit autem ei Petrus: Dic mihi, Nā
tanti agrum uendidistis? At illa dixit:
Etiam, tanti. Petrus autem ait ad eam:
Cur conspirastis inter uos, ut tentaretis
spiritum Domini? Ecce pedes eorum,
qui sepelierunt virum tuum, ad ostium
adsum, & efferent te. Confestim autem
concidit ad pedes eius, & expirauit. In-
gressi autem iuuenes, repererunt illam
mortuam, & extulerunt ac sepelierunt
iuxta virum suum.

At qui horrendum hoc erat exemplū

diuinæ vindictæ?

Talis pœna & correctio in primiti-
ua

C A P V T . V.

ua ecclesia necessaria erat, ut populus ad
suefieret ad Dei iram extimescere. Vi-
demus enim, ubi rex aut princeps nouā
ædit aliquam constitutionem, solet ean
dē graui aliqua poena & uindicta trans
gressionis præmissa confirmare, ut eō
lubentius & citius seruetur. Sic & pa-
ter cœlestis agere uolebat in ueteri Te-
stamento, sicut & iam per Christum in
Testamento nouo.

Da exemplum.

In secundo Mosis lib. 32. Deus tria
milia hominum occidit, quod cōtra pri-
mum mandatum uitulum erexissent &
adorassent. In tertio libro capite 24. fa-
ciebat Israëlitam lapidari, quod iuras-
set, contra mandatū secundum. In quar-
to libro capite 15. faciebat misellum ho-
munculum lapidibus obrui, quod con-
traterium mandatum, Sabbatho ligna
cæcidisset. In illo libro 16. capite, dehis-
cebat terra Dathæ & Abyroni, & cō-
burebat ducentos & quinquaginta cē-
turiones, & cohortium magistros, qui

ACTVVM APOST.

insurrexerant aduersus Mosen, & Aaronem, & quartum mandatum Dei transgressi fuerant. In eodem etiam libro 25. Deus iubebat viginti quatuor millia uirum occidi, quod contra sextum mandatum scortati essent. In Iosue Deus lapidat Achan, quod furatus fuisset. Et hic Christus severiter castigat in initio Christianæ ecclesiæ, Quod si enim Deus peccatum hoc Ananiæ impunitum abire permisisset, uel passus esset, multi sanè Iudæorum & gentium mores sequuti fuissent, & seuentris tantum caussa, Christiano gregi immiscuerentur. Vnde ingens confusio esset in sequuta. Sed sic propter istam correctionem suborriebatur maximus timor, super uniuersam multitudinem, & super omnes qui hoc audiebant.

Quid interea Apostoli agebant?

Ne quis putaret, Apostolatum administrationem mortis esse, cum tantum per uerba etiam Petri Ananias & Saphira conciderent & perirent. San-

ctus

C A P V T V.

Etus Lucas recenset , quid miraculo^s
rum & signorum Apostoli habuerint
ad ægrotos: quare confirmat, quod mi-
nisterium prædicationis non sit admi-
nistratio mortis & perditionis, sed uitæ
salutis, & uitæ æternæ, aut beatitudinis,
inquiens: e debatur signa multa et pro-
digia in populo, per Apostolorum ma-
nus.

Qualia ista erant signa?

Ad crescebat credentium Dominus
multitudo virorum simul ac mulierum,
ita ut in plateas exportarent infirmos, et
ponerent in lectulis ac grabbatis, ut ues-
timentis Petri uel umbra obumbraret
aliquem illorum. Conueniebat autem
& multitudo uicinarum ciuitatum Hiero-
solymam, afferens ægros ac uexatos a
spiritibus immundis, qui sanabantur os-
mnes. Hæc signa in primitiua ecclesia
omnino necessaria erant. Quia enim præ-
dicatio Euangeli noua et rara esset, Ne-
pe, quod nulla iusticia, salus, aut uita ha-
beri posset in lege, in patrum institutis,

ACTVVM APOST.

nec in humanis operibus aut meritis,
sed solùm in fide, quę est in crucifixum
Christum: quodcę non aliud nomē sub
cōelo hominibus esset datū, in quo oport
eret nos saluari, quām solius Iesu Chris
ti nomen: oportebat etiam nouā hanc
doctrinam, & prædicationem nouis si
gnis, ut prius promiserat ipsis Marci ul
timo, confirmari. Et impleta hic est sen
tēria Christi Ioannis 14. Qui in me cre
diderit, eadem hæc opera faciet, & ma
iora faciet, quām ego. Christus sanat æ
grotos ad tactu, Petrus autem umbra.

Eiquid tam sancta erat umbra Petri?

Vmbra non operabatur, sed Apostolatus. Legimus in 2. Reg. 13. quā uis
rum quendam uellent sepelire, & uides
rēt quōd milites Moabitarum impress
sionem facerent in terram, uirū in Pro
phetę Helisēi sepulchrum proiecibāt,
quō quium esset delapsus, & ossa Helis
sēi attigisset, mortuus reuiuiscebat, &
insistebat pedibus suis. Quis hic mortu
um resuscitauit? Non Helisēi ossa, sed
Deus

C A P V T V.

Déus hoc signo demonstrare uolebat,
quod Heliæus propheta uerus, & dei
fuisset,

Quid operantur miracula & signa

Apostolorum?

Evangeliū inclarescebat, & numerus discipulorum augebatur, & erant unanimiter omnes in porticu Solomoni. Cæterorum autem nemo audebat se cōiungere illis, sed magnificabat eos populus. Magis autem accrescebat credentium Domino multitudo uirorum simul ac mulierum. Dulcissimi Apostoli neminem præ se contemnebant, sed quicunq; in ipsorum congregationem cooptari cupiebat, illū assuebant, imo & optabant uti omnes homines sese converterent ad fidem in Christum. Nihilominus tamen multi sibi ab his timebant, quidam quòd se ipsorum confitio indignos haberent, quidam poenam & vindictam Ananiæ & Saphiræ ex pauescebant, Alij uero de summorum sacerdotum seniorumq; populi ira et in

E 5

ACT VVM APOST.

dignatione soliciti erant. Similis timor
in hodiernum usq; diem in non paucis
hominiis est.

Quid uero operatur humanus
metus?

Nihil aliud, quam ut homines à Deo
prorsus deficere faciat. Timent mortales
gubernatores & potestates, qui so-
lū corpus possunt adimere, Deum uero
non timent, qui immortalis est gu-
bernator in celo, & in terra, qui potes-
tatem habet & corpus & animam con-
sciendi in gehennam, putant se ea ra-
tione temporalem hanc uitam & popu-
larem aurā obtenturos, Amittentes in-
terim Dei fauorem, & uitam æternam.
Quidnam est hominum fauor, quando-
diu durat? uix diem unum, uix horu-
lam, stertit in cinere: sed fauor & beni-
gnitas Dei, in æternum durat.

Quid interea temporis proceres Iudeo-
rum agunt?

Exurgens autem, inquit Lucas, prin-
ceps

C A P V T V.

Cepti sacerdotum, & omnes qui cum illo
erant, quae est factio Sadducatorum, re-
pleti sunt æmulatione, & iniecerunt
manus in Apostolos, & posuerunt eos
in custodia publica. Siciebant, & omo-
nino compertum habebant, quod Apo-
stoli essent Piscatores, Telonarij, &
idiotæ, quare indignum existimabant
ab eis aliquid sibi adimi honorum, quia
ipsi essent Iudaicæ reipublicæ & capi-
ta & columnæ quasi. Ad hæc Apo-
stoli prædicabant Christum Iesum cru-
ciadixum, & audebant liberè conser-
teri, innocenter ipsum à Iudeis esse
occisum, quod tamen resurrexerit, atque
in æternum uiuat. Talis insimu-
latio illis minimè ferenda uidebatur,
Quare illis prouidendum scilicet erat
in tempore, surgebant itaque, & Apo-
stolos comprehendebant, & in uincula
conuictebant, eo animo, futura
luce, miseros insuper etiam aduersan-
di,

Quid uero accidit?

Deus

ACTVVM APOST.

Deus suos nō relinquit, angelus Domini per noctem aperuit ianuas carceris, eductisq; illis, dixit: Ite, & stantes loquamini in templo populo omnia uerba uitæ huius. Illi uero cūm hæc audirent, intrauerunt diluculo in templum, ac docēbant. Deus dormit & cōniuet, permittit Apostolos capi, ut gloriam in ipsis suam exhibeat & commendet. Nam angelus ipsos educit ex captiuitate, & alegat in templum, & iubet prædicare cōtra omnem impietatem. Hoc angelorum officium est, p̄ijs ministrare, eisdem custodire, & curam eorum gerere. Heb. 1.

Quis angelus Euangelion uocat uerbum uitæ?

Ideō, quia omnes isti, qui per Euangeliū in Christum credunt, habent uitam æternam.

Ad quidram potissimum hoc miraculum facit?

Primo, ut inimicos Euangeliū absterreat, in eo, quod uidet omnia sua arma &

C A P V T V.

& propugnacula frustranea esse, & ci-
tò desistere cogantur, & Deo omnem
victoriam in opere suo dare. Secundo,
quòd miseri Christiani persecutionem
sustinent, ex ea consolationem & con-
firmationem accipiūt, dum uident, uer-
bum & opus eius à nemine impediri
posse, quamuis omnes inferorum portę
contrā nitantur.

Quid summi interea sacerdotes faciunt?
Adueniens autem princeps sacerdo-
tū, & qui cum eo erant, conuocauerunt
consilium, et uniuersum seniorum ordi-
nem filiorum Israēl, miseruntq; ad car-
cerem qui adducerent eos. Cūm autem
uenissent ministri, nec reperissent illos
in carcere, reuersi nunciauerunt, dicen-
tes: Carcerem quidem inuenimus clau-
sum cum omni diligentia, & custodes
foris stantes ante ianuas. Cūm aperuisse
mus autem, neminem intus reperimus.
Dum angelus Dei Apostolos liberat,
operatur interea temporis Satan, ut sum
mis sacerdotes & seniores populi Iudai-

ACTVV M APOST.

et consilium ineant, quomodo Apostoli interficiant, putant iam nihil instare periculi, Apostoli capti sunt, non possunt euadere, sed ipsorum consilium eventum sortitur, ut cancerorum gressus. Dum enim existimarent ipsos detineri in carcere, sunt aperte in templo & prædicant, & cum disquireretur & ambigeretur, quidnam hoc futurum esset, ueniebat quidam, nuncians eis: Ecce viri quos posueratis in carcere, sunt in templo stantes, ac docentes populu. Hoc nimis est humana consilia & proposita ad nihil redigere, ut hic summis sacerdotibus cum Apostolis accedit: ita & Herodicum Petro siebat,

Quid agunt summi sacerdotes & seniores?

Disturbati sunt, nec sciunt rem incipere consulto & tutu. Si ui rem aggreditur, timent populum, ne lapidetur, Quare abit magistratus cum ministris & adduxit illos sine ui. Miseri Apostoli captiui, læti sunt & alacres, quasi

C A P V T . V .

Quasi centum etiā cataphractos secum haberent, & Iudæi tanto tremore dehissati suat, ut nullibi certò pedibus infistere possint, hoc faciebat mala ipsorum & alia conscientia, & uita impiā.

Quo pacto agunt cum Apostolis?

Aducunt ipsos, principio quod transgressi sint mandatum sancti concilij. Deinde quod super se innocentem Christi sanguinem inducere uelint: Nonne etiam atque etiam precepimus uobis, ne doceretis in nomine isto? Et ecce repletis Hierosolymam doctrina uestra, et uultis inducere super nos sanguinem hominis istius.

Quid respondent Apostoli?

Obedire oportet Deo &c. Q.d. uelint: Quod Christum innocentem occideritis nunquam reticebimus. Maleficiū istud & latrocinium uniuerso mundo aperiemus, Deus etiam ob atrocissimum hoc factum, in ultimo iudicio de uobis iustum sumet supplicium.

Quid?

ACTVVM APOST.

Quid faciunt ad hanc responcionem?

Hæc autem cùm audissent, dissecabantur: & consultabant ut interficerent illos. Surgens autem quidam in concilio Phariseus, nomine Gamaliel, legis doctor, in precio habitus apud totum populum: iussit ut paulisper secederent fras Apostoli.

Quodnam conferebat consilium Gamaliel,
ille solus non furibundus?

Dicebat: Viri Israëlitæ, attendite uobis super hominibus istis, quid actu*ti* sitis. Et enumerat duo exempla.

Quod est primum exemplum?

Ante hos enim dies extitit Theudas, dicens se esse aliquem, cui adhaesit numerus uirorum circiter quadringentorum, qui occisus est: & omnes qui credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum.

Quid hominis erat iste Theudas?

Theudas, ut Iosephus scribit in Antiqui, erat magus, & profitebatur se esse Prophetam, seducebat populum multum

C A P V T V.

tum doctrina sua falsa, contrahebat circiter quadringettos viros ad Iordanem, pollicebatur ipsis, nudis pedibus traiecturos, ad Mosi exemplū & Iosuę. Sed præses Cuspius Fadus, opprimebat ipsum equitibus & militisbus, multos eorum occidebat, multos capiebat, & Theudam obtruncabat, caputq; eius Hierusalem deportari faciebat ad æternam rei memoriam.

Quid est secundum exemplum?

Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis: & auertit populū multum post se, & ipse periit, & omnes quotquot paruerant ei, dispersi sunt. Hic Iudas fuit temporibus Augusti, & docebat, iniquum esse, ut populus Dei, Iudei, qui Deo decimas, primogenita, & uaria dona offerrent, etiam terreno regi tributum soluerent, Et hic etiam interimebatur, & quicunq; ab eius partibus existebant.

Quid Gamaliel concludit ex hisce exemplis?

F

ACTVVM APOST.

Sic dixit: Viri Israëlitæ, attendite uobis super hominibus istis, quid aucturis tis. Ante hos enim dies extitit Theudas, dicens se esse aliquem, cui adhaeserit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occisus est: & omnes qui credabant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis: & auertit populum multum post se, & ipse periret, & omnes quotquot paruerant ei, dispersi sunt. Et nunc dico abstинete ab hominibus istis, & finite illos. Quoniam si est ex hominibus consilium aut opus hoc, dissoluetur. Si ex Deo est, non potestis dissoluere, ne quando & Deo resistere pugnare reperiamini. Filii Jacob arbitrabantur se fortunam fratris Joseph impedituros, uendebant enim Israëlitis. Sed nihil proficiebant. Oportebat enim ipsum fore dominum & principem Aegypti: Sic nihil Pharao proficerat eo mandato, quo præcipiebat Hebræorum pueros submergi. Siquidem Moses

C A P V T V.

Moses nihilominus seruabatur, etiam ab illius propria filia. Ita nihil Saulo proderat, quod Davidem persequeretur. Necesse enim erat ut David tadem regnum Israëliticum occuparet.

*Quid agunt summi sacerdotes ad Gas
malieulis consultationem?*

Quum aduocasset Apostolos, cæsis præceperunt, ne loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos.

Quam ob causam discipulos innocentes uerberabant?

Deut. 26. est scriptum: Si homo uerberibus obnoxius erit, corā Iudice quadraginta plagas accipiat, et non plus ijs. Hoc præceptū Dominus dedit de impijs. Sed Iudæi inuertunt, & cædunt ueros prædicatores uerbi & Euangeliū diuinī, & omnia inuersa sunt apud ipsos. Sic & sacerdotes nostri summi, & tyranni quoque ueros Euangeliū præcōnes persequuntur ad summū. Sed pseu doprophetæ & somniorū concionatores, qui meras dæmoniorum doctrinas,

ACTVM APOST.

humanas constitutiunculas , mendacia,
& erroneas spinas texunt, primos obtin-
ent accubitus, datur quicquid deside-
rant, regiones etiam & homines , pe-
cuniarum uis magna & bonorum , nec
non & feuda & legata . Quibus omnis-
bus Dominus benedictionem addet ut
Simoni Mago.

Quid uero cæsi discipuli agunt ?

Alacres prorsus ex Senatus conspe-
ctu discedunt, quod digni fuissent scilicet
in iniuriis propter Deinomeni parti, &
non sinebant in templo & circuquam
in domibus singulis docere & annun-
ciare Iesum Christum. Recordantur
sic dicti istius Christi Matth. 5. cap. Bea-
ti estis ubi homines uos propter me co-
tumelia adfecerint, & persequuti fu-
erint. Ne turbetur cor uestrum, accipies
mercede m uestram in regno cœ-
lorum, & uita æterna,
Amen.

CAPVT

C A P V T VI.

C A P V T VI.

Quid tradit S. Lucas in hoc capite?

LVCAS hactenus indicauit, quomo^ddo ecclesia per Christum instituta sit, & Spiritus sancto donata, utq; per multa miracula & signa sit confirmata, & per crucem quoq; probata: Iam uero amplius ostendit, ut per diaboli suggestiones, & machinas inter se dissipata sit, ita dicens: In diebus autem illis crescente numero discipulorum, ortum est murmur Græcorum aduersus Hebreos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano uiduae ipsorum.

Vnde ista murmuratio exoritur?

Quotidie Christianorum numerus augebatur, & bona ipsi sua in communione conferebant, Atq; Apostoli iam amplius propter ministerium uerbi omnibus satis inseruire non poterant, unde siebat quod Græcorum uiduae in quotidiana subministracione negligerentur, hincq; Græci murmurabant, idq;

ACTVVM APOST.

non leuiter. Ad hodiernum usq; diem
ita fit, si omnia iustificantur, nihilomi-
nis tamen uiduarum & orphanorum
caussæ uento committuntur, harum
caussam nemo seriò suscipit, Imò indis-
gnis uerbis & modis insuper etiam tra-
ctantur, ut ne mutire quidem audeant.
Verùm Deum habent, patrem uidua-
rum & orphanorum, & iudicem iustū,
is eos breuiter auditurus est, & defen-
surus fortiter.

Qualis erat illa murmuratio?

Non parua quidem murmuratio e-
rat, sed uenenosum odiū, & assidua ma-
ledictio & conuictum cōtra probos A-
postolos, ut mirum non fuisset, si De-
us murmuratores istos puniuisset, ut
pueros Israéliticos puniuerauit ignitis et
uenenosis serpentibus in deserto, & se-
ditiosos Dathan & Abyron, quo terra
uiuos absumpsit, utq; Ananias et Saphi-
ra subitanea morte corruūt. Sed Deus
hoc tempore misericordiam suā, quam
iram usurpare & exercere mauult.

Ego

C A P V T . VI.

Estne et ista murmurationis inter pauperes?

Ex hac quidem murmuratione omnis disceptatio, odium, & inuidentia oborta est, immo effusa est in Xenodochia, & Nosodochia, & inhæret ut insata aliqua plaga & pœna, quā Diabolus operatur, Ita ut nulla pax, nulla comitas, nulla affabilitas, nulla demum unitas ibi alatur. Ut interim etiam pauperes, uiduae, & pupilli in ista discordia, odio, & inuidentia, nihil boni agant, & ne ulla quidē uice uerē, et ex corde Dominicam orationem dicant.

Quomodo prouisores pauperum & tutores se gerent in istius modo negotio?

Quod si ista murmuratio, dissidium, odium, & mordacitas ex pauperū petulantia & prauitate repullulet, animaduertant in ipsos, & seueriter ipsos obligent, ut si eleemosynis frui uelint, unanimis sint, & concordes: Si minus, per diei unius, aut duorum spaciū nil praeter aquam meram,

ACT VVM APOST.

& panem merum subministretur, aut alia ipsis disciplinæ seuerioris habent illigetur. Quod si autem ista ex dispensatorum uitio & malignitate profecta sint, dum scilicet subducunt pauperibus quotidianum commeatum, & necessitatem quasi, cupientes pertalem supplicationem deposito suo plurimum conferre & cōsulere: Sciant omnino se impiè in eo agere, sibiq; iram & indignationē Dei in capita crudeliter admodum colligere. Quod & tales quoq; erexitives plerumque non prosperentur, sed res omnis eorum in rem malam deuoluatur, ut aiunt: Quod non tollit Christus, hoc tollit fiscus. Germanice:

Was man spart vor dem mund /

Dasfressen die Meusß/ Katzen / vnd Hund.

Quo pacto ista murmuratio dirimebatur?

Duodecim illi cùm iussissent adesse multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est placitum, ut nos derelicto sermone Dei, ministremus mensis. Circū spicite

C A P V T VI.

spicite ergo fratres, uiros ex uobis spe-
ctatæ probitatis septem, plenos Spir-
itus sancto & sapientia, quibus delegabi-
mus hoc negocij. Nos uero deprecatio-
ni & administrando sermoni incumbe-
mus. Hic considera lenitatem Aposto-
lorum: non accusant istos murmurato-
res, nec reprehendunt etiam seueriter,
ut Petrus cum Ananias agebat prius,
sed proponunt ipsis sana remedia, & me-
dia, quibus murmuratio ista auerti &
profligari queat.

Quomodo agunt discipuli Christi?
Elegerunt Stephanum, uirum plenū
fide ac Spiritus sancto, & Philippum, &
Prochorum, & Nicanorem, & Timo-
nem, & Parmenam, & Nicolaum pro-
selytum Antiochenum. Hos statuerunt
in conspectu Apostolorum, & cū orati-
sent, imposuerunt eis manus. Quæ sa-
nè ratio hodie etiam non esset incom-
moda ecclesiæ.

Quomodo Diaconi, & eleemosynarum dis-
pensatores instructi esse debent?

F,

ACTVVM APOST.

Sint homines probi, bonam existimationem, & testimonium candidum inter homines habentes. Non sint avarii, inuidi, felle amaritudinis referti, sed mites, benevoli, & misericordes. Plen etiam sint Spiritus sancto, & sapientia Dei, ut uerbum Dei diligent, ut uerum Dei cultum summis uiribus, summoq; studio defendant, & suscipiant: nec no ut ueraces sint, Impios doctores, & animarum seductores nequaquam sustinente, & curent quoque die orari, uerbum Dei & audiri & tractari in Nosodochijs, & pauperum hospitijs. Quod qui facere nollent, isti exterminantur, aut a pijs secernerentur, ut pastor hircos ab ouibus segregat.

Sequiturne etiam huius negotij & curae mendatio, ex electione & ordinatione illorum septem Diaconorum?

Sic: Sermo Dei crescebat, ac multiplicabatur numerus discipulorū Hierosolymis ualde, multaque turba sacerdotum

C A P V T VI.

tum obediebat fidei. Deinde Deus sua
penda miracula ædebat apud nouos
Christianos, Petrus tria hominum mis-
sia conuertebat, debilis incedebat, æ-
grotis sanabantur, Apostoli ex vincu-
lis eximebantur. Hæcque omnia fiebant
in consolationem & confirmationem
nouis Christianis, quo in uocatione sua
pleno semper gradu procederent, & se
nulla afflictione, nulla angustia, nulla
denique calamitate, aut persecutione a
Christo uel deterreri uel separari pati-
antur: uerum nomen Iesu Christi in
conspectu omnium hominum confite-
antur, deprædcent, honorent, & inuo-
cent summa cum reuerentia: & suo
quoque tempore Euangelion in uni-
uersum terrarum orbem propagent,
eaque omnia ad gloriam Dei &
ad salutem, & ædifica-
tionem homi-
num.

C A P V T

ACTVVM APOST.

CAPVT VII.

Quid refert S. Lucas de Stephano?

DESCRIBIT uitam eius & mortalem, dicens: Porro Stephanus plenus gratiae et fortitudine, edebat prodigia, & signa magna in populo.

Quid est, plenus fortitudinis & fidei?

Habet forte, generosum, & insuperabile pectus & animum patienti & perseverandi omne id quod sibi à mundo, & hominibus peruersis accidere poterat,

Qualia edebat signa et prodigia?

Quando, ut dispensator & procurator mensæ, ad annonam comparādam cōueniret, & in cōtum hominum prudiret, incipiebat prædicare de Christo, & debat signa magna, castigabat Iudeorum peccata, uitia, & iniquitates, præsertim incredulitatem & ingratitudinem, quod tempus uisitationis suæ non cognoscerent, incitabat & admonebat ipsos ad poenitentiā ueram, simulq; indicabat ipsis poenam, quæ Hierosolymæ

C A P V T VII.

ma immineret, & toti insuper Iudeæ
regioni.

Licebat ergo ipsi prædicare, cum sa-
cerdos non esset?

Quod si noster Papa adfuisset, pro-
culdubio de formato, & breuiario in-
quisitione instituisset, & si rasam sphæ-
rulam in uertice non reperisset, aut su-
perstitiosarum precularum codicillum
secum habuisset, fecisset eum tanquam
haereticum comburi, quod prædicandi
provinciam caperet nec esset sacerdos.
Sed Stephanus hic uelut petra, & mu-
rus aheneus est, et proprio suo exemplo
comprobat, quod quisq; Christianorū,
ubi res exigat ecclesiæ, & prælati, qui
bus hoc quicquid est oneris diuini in-
cumbit, noxiuum silentium, & scandalo-
sum ocium agunt, possit uerbum Dei
prædicare, in domo, foro, & in templo.
Tamen ea ratione, ut ordine fiat, & ec-
clesiam Dei ædificet.

Quid dicunt Iudei ad eius doctrinam?
Exortisunt quidam è synagoga, quæ
appellat

ACTVVM APOST.

appellatur Libertinorum & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & Cilicum & Asianorum, disputates cum Stephano, nec poterant resistere sapientiae, & spiritui, qui loquebatur. Tunc subornarunt viros, qui dicerent: Audiuimus eum dicentem uerba contumeliosa in Mosen ac Deum. Commoueruntque plebem & seniores, & scribas, atque inuidentes corripuerunt eum, & adduxerunt in concilium, statueruntque falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui uerba contumeliosa aduersus locum sanctum hunc, & legem. Audiuimus enim eum dicentem: Iesus Nazarenus iste demolietur locum hunc, & mutabit instituta quae tradidit nobis Moses. Stephanum aggrediuntur tribus machinis potentissimis, & technis, Nempe disputando, calumniando, & contumelijs afficiendo. Sed in quoque certamine Deus consolatione & opere largiebatur cœlitus, ita ut in omnibus victoriam insignem, & triumphum clarum

C A P V T VII.

clarum & nobilem reportaret.

Quale doctorum genus insurgebat aduersus
sui ipsum ad disputandum?

Qui è Synagoga erant, ea calliditate
cum S. Stephano decertientes, ut si ipsi
sapientia & spiritu resistere nō possent,
certè multitudine obtunderent & super-
primerent.

Quæ erat illius disputationis summa?

Differabant de Messia, de circuncis-
sione, de lege, de templo.

Quid Iudæi dicebant de Christo?

Iesum Nazarenū filiū esse Ioseph,
nec Messiam de Nazareth enim nihil
esse boni, hunc Iesum esse seductorē po-
puli Samaritanum, eiusq; discipulos es-
se hereticos & impostores mundi.

Quid de circumcisione & de lege?

Dicebant: Iudæis circumcisionem
à Deo datam esse per patriarchā Abra-
ham, sed legem per Mosen.

Quid de templo?

Deum præcepisse utrāq; & taberna-
culū in deserto, et templū Hierosolymis
ad

ACT V V M A P O S T .
ædificari , & ob id templum perpetuū
mansurum & duraturum .

Quid ad hæc respondebat Stephanus ?

Testatur potentissimè ex pagina sa-
era , Iesum Nazarenū esse filium Ma-
riæ uirginis , ipsissimum Messiam & re-
demptorem totius mundi , uerum De-
um et uerum hominem in una persona ,
cum Deo patre unum in unitate Spiriti
tussanceti , eumq; Christum prius Ad-
in Paradiso , deinde & Iudæis in lege ,
& patriarchis promissum esse . Porro ei-
disserebat utraq; & circumcisionem &
legem per Christum esse sublata . Futi-
rum quoq; ut & ciuitas & templum so-
lo æquarentur , nisi resipiscerent : breui-
ter , omnes actiones humanas , omnia op-
era , omnia consilia , omnia proposita ,
omnia inuenta , omnem conditionem ,
constitutionem & substantiam & uitam
cittra fidem in hunc Christum , peccati
esse . Nec Deum in ligno , lapide , auro ,
argentōue apprehendi . Nec uerum &
sufficientem esse cultum Dei , lignea uel
saxea

C A P V T VII.

saxea templa erigere. Sed corda fidelium
pura & casta ueram Dei habitationem
& sedem esse. Hancē prædicationem
exultimo Esaiæ capite pulchrè confir-
mat, ubi inquit: Cœlum mihi sedes est
terra autem scabellum pedum meorū.
Quæ est ista domus, quā ædificabitis
mihi? & quis est iste locus requietio-
nis meæ? Manus mea fecit hæc omnia.

*Quid triumphi restrebant Iudei de
s. Stephano?*

Nihil omnino: Non enim poterant
resistere sapientiæ, & spiritui qui loque-
batur. Et hic demum uerè completum
est, quod prædictum Christus Matth. 10.
Ne sitis solliciti, quid aut quomodo di-
sturis sitis. Nam in ipso tempore dabi-
tur uobis, quæ loquamini. Neque enim
uos estis, qui loquimini, sed spíritus pa-
tris uestri est, qui in uobis loquitur. Et
apud Lucam 21. Dabo uobis os & sapi-
entiam, quibus contradicere, & resistere
non poterunt omnes aduersarij ue-
stri.

G

ACTVVM APOST.

Quis secundus erat aries Iudeorum
aduersus S. Stephanum?

Cum disputando aduersus eum pra-
ualere non possent, adornabant viros
quosdam qui ipsum accusarent, Quis
dicebant: Audiuiimus eum diras eu-
mentem blasphemias, & contumelias
aduersus locum sanctum hunc, legem,
Mosen, & aduersus ipsum quoque
Deum.

Quid efficiebant isti huiusmodi ca-
lumnijs?

Commouebant populum, & senior-
es, & scribas, atq; inuidentes corripue-
runt eum, & adduxerunt in concilium.

Quid agebant coram senatu?

Statuerunt falsos testes, qui dicerent:
Homo iste non cessat loqui uerba con-
tumeliosa aduersus locū sanctum hūc,
& legem. Audiuiimus enim eum dicen-
tem: Iesus Nazarenus iste demolietur
locum hunc, & mutabit instituta, qua-
tradidit nobis Moses.

Influvbat etiam Stephanus Apologam?
Sic:

C A P V T . VII.

Sic: Quum summus pontifex dice-
ret: Num hæc ita se habent? Stephanus
omnium libet rimè se defendebat, & di-
cebat: Viri fratres & patres, audite:
Deus gloriæ apparuit patri nostro A-
brahæ, cùm esset in Mesopotamia, pri-
usq; moraretur in Charrā, & dixit ad il-
lum: Exi de terratua, & de cognatione
tua, & ueni in terrā quamcunq; mōstra
uero tibi. Tūc exiit ē terra Chaldaeorū,
& habitauit in Charam. Et inde postq;
mortuus est pater eius, trāstulit illum in
terrā hanc, in qua nūc uos habitatis. Et
nō dedit illi hæreditatem in ea, ne uesti-
giūm quidē pedis: & repromisit illi eam
se daturum possidendam, & semini eius
post ipsum, cùm nō haberet filium. Lo-
cutus est autē Deus sic, quod futurum
esset semen eius inquilinum in terra alie-
na: quodq; seruituti illud subiectur less-
ent, & malè tractaturi annis quadrin-
gentis. Ergentem, cuicunq; seruierint,
iudicabo ego, dixit Deus: Et post hæc
exibunt, & seruient mihi in loco hoc.

G 2

ACTVVM APOST.

Et dedit illi Testamentum circumcisio-
nis : atque hic genuit Isaac, & circumcis-
dit eum in die octavo: & Isaac genuit Ia-
cob, & Iacob genuit duodecim patriarchas.
Et patriarchae inuidia moti, Ioseph
rendiderunt in Aegyptum. Eter-
rat Deus cum eo, & eripuit eum ex o-
mnibus afflictionibus eius, & dedit ei
gratiam & sapientiam coram Pharaon-
e rege Agyptiorum. Et constituit eum
prefectum super Aegyptum, & super
totam domum suam. Venit autem fa-
mes in uniuersam terram Aegypti &
Chanaan, & afflictio magna: nec inue-
nabant cibos patres nostri. Cum audis-
set autem Iacob esse frumenta in Aegy-
pto, misit patres nostros primum: & cu-
m erum misisset eos, agnitus est Ioseph a
fratribus suis, & innovuit Pharaoni ge-
nu Joseph. Misso autem nuncio Joseph,
accersiuit Iacob patrem suum, omnemq;
co gnationem suam in animabus septua-
ginta quinq;. Et descendit Iacob in Ae-
gyptum, defunctusq; est ipse & patres
nostrorum,

C A P V T VII.

nostrī , & translati sunt in Sichem : &
positi sunt in sepulchro, quod emit A-
braham precio argenti à filijs Emor, fi-
lij Sichem. Atq; sic satis prolixam & lō-
gam habebat orationem, qua primum
Iudæis respōdebat ad ea, queis præten-
debant falso, quōd Deum blasphemā-
ret.

*Quomodo uero refellebat id quo præten-
debant, quōd Mosen contumelijs obrueret ?*

Sic inquiebat : Quum autem appro-
pinquaret tempus promissionis, de qua
iurauerat Deus Abraham, creuit popu-
lus & multiplicatus est in Aegypto, do-
nec exortus est alius rex, qui non noues-
rat Ioseph. Hic circumueniens genus
nostrum, afflixit patres nostros, ut ex-
ponerent infantes suos, ne foetus essent
uitales . Eodem tempore natus est Mo-
ses, & fuit gratus Deo, qui nutritus est
tribus mensibus in domo patris. Expo-
situm autem illum sustulit filia Pharao
nis, & nutriuit eum sibi uice filij. Eteru-
ditus est Moses omni sapientia Aegy-

G 3

ACTVM APOST.

ptiorum : & erat potens in factis & in
dictis. Ut uero expletum est ei quadra-
ginta annorum tempus , subiit in cor e-
ius, ut inuiseret fratres suos filios Israël.
Et cum uidisset quendam iniuria affici,
defendit eum , & ultus est uicem eius
qui affligebatur, percuesso **Aegyptio**.
Existimabant autem intelligere fratres
suos, quod Deus per manum ipsius das-
set salutem illis. At illi non intellexe-
runt. Et sequenti die conspectus est illi
lis litigantibus, & rededit eos in cōcor-
diam, dicens : Viri, fratres estis, cur uos
inuicem læditis ? Cæterum is qui iniur-
iam faciebat proximo, repulit eum, di-
cens : Quis te cōstituit principem ac iud-
icem super nos ? Nunquid interficer-
te tu uis, quemadmodū interfecisti hei-
ri Aegyptium ? Fugit autem Moses ad
dictum hoc, & factus est aduena in ter-
ra Madian , ubi generauit filios duos.
Et expletis annis quadraginta, apparuit
illi in deserto montis Sina angelus Do-
mini in flammœ incendio rubi. Moses
autem

C A P V T VII.

autem ut cōspexit, admiratus est uisum;
Porrō cūm accederet ut attenderet, fa-
cta est ad eum uox Domini: Ego sum
Deus patrum tuorum, Deus Abrahā,
Deus Isaac, & Deus Iacob. Tremefas-
tus autem Moses, non audebat atten-
dere. Dixit autem illi Dominus: Solue
calciamentum pedum tuorum. Locus
enim in quo stas, terra sancta est. Vidi,
uidi inquā, afflictionem populi mei qui
est in Aegypto, & gemitum eorū au-
diui, & delcendi ut eruam eos. Nūc ue-
nito, & mittam te in Aegyptū. Hunc
Mosen quē negauerunt, dicentes: quis
te cōstituit principem & iudicem? hūc
inquam, Deus principem & redempto-
rem miserat per manum angeli, qui ap-
paruerat illi in rubo. Hic eduxit illos, æ-
dens prodigia & signa in Aegypto, &
in rubro mari, & in deserto annis qua-
draginta. Hic est Moses qui dixit filiis
Israēl: Prophetā suscitabit uobis Deus
uester ē fratribus uestris, similem mei, il-
lum audietis. Atq; hæc est laus Moses.

ACTVVM APOST.

Quid respondebat ad eam calumniam, quae
erat, quod legem criminaretur?

Ad hunc sanè modum respondebat:
Hic est Moses, qui fuit in congregatio-
ne in solitudine cū angelo, qui loqueba-
tur ei in móte Sina, & cum patribus no-
stris, qui accepit sermonem uiuum ut da-
ret nobis: cui noluerunt obedire patres
nostrí, sed repulerunt & auersi sunt cor-
des suo in Aegyptum, dicentes & Aa-
ron: Fac nobis Deos qui præcedant
nos. Mosienim huic, qui eduxit nos de
terra Aegypti, nescimus quid acciderit.
Et uistulum fecerunt in diebus illis, &
obtulerunt hostiam simulachro, & laeta-
bantur super operibus manuum suarū.
Conuertit se aut̄ Deus & tradidit eos,
ut colerent militiā cœli: sicut scriptum
est in libro prophetarum. Num uicti-
mas & hostias obtulisti mihi annis
quadraginta in deserto, domus Israël?
& suscepisti tabernaculum Moloch, et
sydus dei uestri Remphā, figuræ quas
fecisti ad adorandum eas? Et transi-
feram

C A P V T VII.

feram uos ultra Babylonem .

Quo pacto calumniam de templo fabrefactam confutabat ?

Dicebat : Tabernaculum testimonij fuit patribus nostris in deserto , sicut ordinauerat illis , loquens ad Mosen ut faceret illud secundum formam , quam uiderat . Quod & induxerunt , qui successerunt , patres nostri cum Iesu in possessionem gentium : quas expulit Deus a facie patrum nostrorum , usque ad dies David : qui inuenit gratiam coram Deo , & petiit ut inueniret tabernaculum Deo Iacob . Solomō autem ædificauit illi domum : sed excelsissimus ille non in manufactis templis habitat : sicut propheta dicit : Cœlum mihi sedes est , terra autem scabellum pedum meorum . Quādomum ædificabitis mihi , dicit Dominus : aut quis locus requietionis meæ est ? Nōnne manus mea fecit hæc omnia ? Hæc cęlaus templi est .

Quid agebant Iudei in concilio confidentes , ad magnificam hauc responsum S. Stephani :

ACTVVM APOST.

Intuentes eum omnes, qui sedebant
in concilio, uiderunt faciem eius tanq;
faciem angeli. Alij homines quando
sunt in periculo mortis, trepidant, & ex-
pauescunt, & tremiscunt, aut color ipsi
natiuus quasi decutitur, aut ipsi etiam
prorsus intercidunt, sed Stephanus in
media etiam morte, l^etum & alacrem
in Deo obtinet uultum. Hoc^c facie-
bat, quod bonam fiduciam, & pacem ei-
ga Deum haberet.

*Quomodo tandem S. Stephanus pradica-
tionem suam concludebat?*

Quum animaduerteret, quod in in-
stituto suo malo & impio pergeret, uos
lebat inde ipsos diuellere, arguebat
ipsos acriter, dicens: Duri ceruice & in
circumcisⁱ corde et auribus, uos semper
Spiritu sancto resistitis: sicut patres ue-
stri, ita & uos. Quem prophetarum no-
sunt persecuti patres uestri? & occides-
runt eos, qui prænunciabant deaue-
tu iusti illius, cuius uos nunc prodito-
res & occisores fuistis: qui accepistis
legem

C A P V T VII.

legem per dispositiones angelorū , nec seruastis . Hic propter tria peccata ipsos arguit , Nempe quòd Spiritui sancto resistant , prophetas occiderint , & in Christo , totius mundi saluatore , productionem , desertionem & latrocinium cōmiserint .

Quid ad uchementem hanc castigatio-

nem faciūm ?

Audientes hac , dissecabantur cordib⁹ suis , & stridebant dentibus suis in eum . Q.d. uellet . Quem admodum canes rictus diducunt , & nudant dentes frendentes qui ipsos ex undarum periculis , aut uinculis uolunt liberare , Ita impij illi nullam bonam & salutarem admonitionem admittebat , sed potius insurgebant aduersus Stephanum uirum Deimani bus pedibusq;. .

Vt S. Stephanus se se geſit in ira lu-
deorum ?

Cum autem effet plenus Spiritus an-
to , intentis in cœlū oculis , uidit gloriam
dei , & Iesum stantē à dextris Dei . Q.d.
uellet .

ACTVVM APOST.

uellet. Existimatis ut qui Iesum Naz
renum antea crucifixistis, nunc quoq
tyrannico uestro furore nomen eius &
potentiam extirpare posse: sed euentu
impijs conatibus uestris nullo modore
spondebit, Quia Iesum ad dexterā De
stare uideo, ut Dominū cœli & terrar
paratum ad me iuuandum, & in omni
bus meis afflictionibus consolandum.
Quare quamuis & me nunc occidatis,
tamen cum Christo Iesu in æternū re
gnabo, et unā cum ipso lætabor in resu
rectione iustorum, & uita æterna.

Quid Iudei parabant ad hanc Stephanī
responsionem?

Non aliter faciebant, quām si multis
demoniorum legionibus obruti essent,
altē uociferabantur, & aures suas obtu
rabant, & impressionem in ipsum faci
bant unanimiter, & ciectum ē ciuitate
lapidabant. Hic habetis omnium tyran
norum, & Christianæ ecclesiæ latronū
arma, argumēta, & scripta, quibus Chri
stianos oppugnare solent. Acutus iu
dex

C A P V T VII.

dex apud ipsos optimus scilicet doctor
est, is Euangelicos hæreticos (quos cri-
minantur) citra omne negocium pro-
fligare nouit.

At qui hoc rectum non est, sed tyrannus?

Ne uideantur contra legem facere,
primū testes adesse, & Stephanum la-
pidare coguntur. Atq; ut eò aptiores &
habiliores sint ad lapidādum, deposue-
runt uestimenta sua ad pedes adolescen-
tis, qui uocabatur Saulus, & lapidabant
ipsum.

Quid uero Stephanus agebat dum la-
pidaretur?

Clamabat & dicebat: Domine Iesu,
suscipe spiritum meum, positis autē ge-
nibus clamauit uoce magna: Domine
ne statuas illis peccatum hoc. Ecce in-
gentem & feruentem Stephani dilectio-
nem: pro seipso orat stans, sed pro ini-
micis suis flectit genua, & orat uoce al-
ta. Et in hoc exemplo conformis factus
est Christo. S. Augustinus dicit, quod
hæc Stephani oratio Paulum conserua-
uerit,

ACTVM APOST.

merit, qui uehemens Christianorum per-
secutor existebat.

Qualem Stephanus exitum sortiebatur?

Quum orasset obdormiuit. Christia-
norum mors non est mors, sed obdor-
mitio. Ut Christus de Lazaro refere-
bat, qui obdormierat, Ioan. ii. Lazarus
amicus noster obdormiuit. Et S. Paul-
lus. i. Thessa. 4. Nolumus uos ignorare
de ijs, qui dormiunt, &c. Hanc gratiam
Christus nobis peperit sua morte, ut
placidè moreremur, & mors ipsa nihil
molestiarum adferret. Ut dicit Ioan. 3.
Amē dico uobis, si quis sermonem me-
um seruauerit, is mortem non uidebit
in æternum. Q. d. uellet: Verbum
Ita coronabit ipsum, ut in pace Domini
requiescat, & placidè obdormiat. Ver-
bum dico, eum per diabolum, mortem,
& infernum intactum & illæsum trans-
feret sine omni malo ad uitam æter-
nam.

Quar S. Lucas describit uitam & mortem
Stephani in propriè & graphicè?

No

C A P V T VIII.

Non ob id, quasi humana laude opus
habeat, sed ut Christiana ecclesia habet
at exemplum, unde discat, quod non so-
lum diuitiae, honor, potentia, sanitas, in-
tegritas & uita dona Dei sint, sed & ad-
flictio, tribulatio, aduersitas, persecutio,
morbis, infirmitas, crux, passio, & mors.
Cuicunq; enim Deus crucem, passionem
uel mortem imponit, propter iusticiam,
illi & spiritum, ut in cruce, & morte per-
sistat, mittat, tandemq; ut S. Stephano
factum est, uitam aeternam consequatur.
Hoc largiatur nobis Deus omnipotens,
Amen.

C A P V T VIII.

Quid nobis hoc caput tradit?

Quinq; Primū furore Sauli co-
tra Christianos, & quomodo di-
spersi sint in oes regiones, Deinde Ste-
phanus sepulturā, Tertio Philippi predi-
cationē in Samaria, Quartō nequitiam
& malignitatem Magi Simonis. Quinto
conversionē Caudaces, præfecti regine
æthiopum,

ACTVVM APOST.

æthiopum, & baptismū. In summa, caput octauum ostendit, quomodo in primis iua ecclesia, post mortem Stephanus confecta sit.

Quid dicit Lucas de Saulo?

Sic dicit: Saulus consenserat in nomine eius.

An uero istud usq; adeo enorme erat
& horrendum peccatum?

Sic: Nam Romanorum 1. ait: Qui quid Dei iusticiam nouerint, nempe quod iurant qui talia faciunt, digni sunt morte, non solum ea faciunt, uerum etiam assentuntur iis qui faciunt. Quamuis enim non in concilio Iudeorum sedisset, non sententiam, ut summi sacerdotes tulisset, nec etiam ut falsi testes, Stephanum lapidasset, tamen testium uestimenta custodit, & cōsensit in mortem eius, & in parte grauius peccauit atq; cæteri, id quod ex furore eius postea & minitatu one adparet.

Quid ergo Saulus agebat?

Deuastabat ecclesiam, per singulas domos

C A P V T VIII.

domos intrans, trahensq; uiros ac mu-
lieres tradebat in custodiam. Non con-
tentus erat persequi ecclesiam, sed in æ-
des Christianorum quoq; impetum fa-
ciebat, in quibus tamen ex formula iur-
um tutus esse quilibet debebat. Et inter
Christianos non alio sanè modo saeuie-
bat, quam lupus inter oves. Nec mul-
erculis etiam parcebat, quarum tamen
respectum habent crudelissimi quicq;
hostes.

*Quantum ergo uideo, male habuit
ecclesia eo tempore?*

Nonquidem satis bene. Facta enim
in illo die persecutio magna aduersus
ecclesiam, quæ erat Hierosolymis, & co-
munes dispersi sunt per regiones Iudeæ
& Samariae, præter Apostolos.

Quæ istius persecutionis cauſa exiſtebat?

Quum Deus Stephanum nō ex ma-
nibus Iudeorum, ut Apostolos ex car-
cere ei ipuifset, addebatur ipsis animus,
incipiebant aduersus nouos Christianos
furere & tremere, clamitates: *Vbi*

H

ACTVVM APOST.

ergo Deus ipsorum est, Mediator ipsum
rum, & auxiliator: quo freti minitaban-
tur nobis, & insultabant: Quir ipso
non adest? Quir non defendit ipsos?
Actum est de Iesu Nazareno, auxili-
um eius profligatum est, Ut & summi sa-
cerdotes, & scribæ Christum in cruce
pendentem calumniabant, & illude-
bant, ut Matth. scribit cap. 27.

Quomodo fit, ut Apostoli Hiero-
lymis considerant?

Quod Apostoli, ut prædicatores
manent, & ecclesia, ut auditores, disce-
dunt, Dei uoluntas est, & dispositio,
idque propter tres potissimum cau-
sas.

I.

Vt mundi sapientia destruatur, &
ad stultitiam redigatur. An nō insignis
erat stultitia, quod sacerdotes summi,
& seniores Iudæorum Euangeliū uel
lent supprimere, nec tamen Doctores
ipsos & prædicatores inuaderent, sed
discipulos & auditores. Num stultus
etiam

C A P V T VIII.

etiam agere potuisse: Bonus enim
præceptor discipulos nanciscitur: & fi-
delis verbi prædicator assequitur audi-
tores. Atunt: In discessu Petri, Paulus
revertitur,

II.

Vt manifestetur mundo, quod tyran-
ni & persecutores nullam habeant po-
tentiam, nisi adfuerit uoluntas Dei.
Nam & capilli capitis nostri omnes nu-
merati sunt, de quibus ne minimus eti-
am decidit sine patris uoluntate. Mat-
thæi 10.

III.

Vt Euangelium in alijs etiam locis
propagetur, ad consolationem & cre-
tionem multorum.

Quis S. Stephanum sepeliebat?
S. Lucas insit: Curauerunt unā Ste-
phanum uiri religiosi, feceruntq; plan-
ctum magnum super eum. Vt Christus
dulcissimus noster honorifice sepultus
est ab Iosepho, & Nicodemo, Ita & S.
Stephanus honore magno sepultus &

ACTVVM - APOST.
curatus à uiris religiosis, & uerè Chri-
stianis.

Quar ipſi lugent S. Stephanum. Dicit namque
S. Paulus, mortuos non esse deſtendos. 1.

Theſſa. 4.

Christiani non faciunt planctum ſu-
per Stephanum, quaſi omnino de ipſo
actum ſit: Sciebat enim quod spiritum
ſuum in manus Dei commiſiſſet, & in
Domino Christo obdormiuifſet, Cre-
debant etiam, quod in ultimo iudicio re-
ſurreetur uerbi eſſet a mortuis, & conre-
gnaturum Christo in perpetuum. Sed
ob id deſtēt eum, quod ecclesia tam pro-
bo & fidei ministro ſpoliata ſit, ut & fi-
lii Israēl Iofeph in Aegypto, & Mosen
in dēſerto lugebant.

Quid agunt diſcipuli diſperſi?

Diſperſi peragabant adnunciantes
ſermonem Dei. Hic deſcribit quānam
utilitas ex perſecutione eccliae perue-
nerit, nempe propagatio Euangeli. Quō longius enim diſcipuli diſſu-
gient, eo magis & latius uerbum Dei
diſtemi.

C A P V T . V I I I .

diffusimabat. Antea Euangeliū pa-
uis tantū Hierosolymis cognitū erat,
nunc uero in persecutione Christiano-
rum, etiam ad exterias regiones perue-
nit.

Quomodo hoc fiebat?

Philippus peruenit in ciuitatem Sa-
mariae, ac prædicabat illis Christum. In
tendebant autem turbæ ijs quæ à Phi-
lippo dicebātur, unanimiter audientes
& uidentes signa quæ ædebat. Spiriu-
tus enim immundi ē multis, qui ab illis
tenebantur, exhibāt, clamantes uoce ma-
gna. Multi autem paralytici & claudi-
sanati sunt. Et factum est gaudium ma-
gnum in illa ciuitate. Hic Philippus
unus ex septem delectis fuit, in Samari-
am uenit, & rete tendit Euangelij, & ca-
pit, ut Christus ait, Matt. 13, bonos pa-
riter & malos. Neq; enim soli Samarita-
ni credebant & baptizabantur, sed &
Simon ipse Magus credulus fiebat, &
baptizabatur, Philippoq; adhaerebat,
atq; uidēs facta et signa, obstupescerat.

H 3

ACTVVM APOST.

Quis ille Simon erat?

Vir quidam nomine Simon, qui ante in ea ciuitate artem exercuerat magicam, ac gentem dementauerat Samaritæ, dicens se esse quempiam magnum, cui auscultabant illi, à minimo usq; ad maximum, dicentes: Iste est uirtus Dei, quæ uocatur magna. Auscultabant autem ei propterea quod multo tempore magicis artibus dementasset eos. Cum uero credidissent Philippo Euangeliæ zanti de regno Dei, deç nomine Iesu Christi, baptizabantur viri simul ac mulieres. Tunc Simon & ipse credidit, & cum baptizatus esset, adhaerebat Phillipo.

Quomodo ipsi diabolus, magister eius, diligitur?

Satan uidebat, quod tyrannica sua persecutio, qua Christianos adfligebat, nihil efficeret, sed multò magis Euangelion promoueret, præter opinionem & expectationem. Quā ergo ipsius cōsilijs euentus minimè responderet, aliud sibi

C A P V T VIII.

Sibi in animū inducit, curat ut Simon ille Magus Philippo nō resistat, sed baptizetur, & ficto corde fiat Christianus, Sed nec eo modo Satā quicq̄ efficiebat.

Percrebuit etiam hæc fama :

Quum autem audissent Apostoli, q̄ erat Hierosolymis, q̄ recepisset Samaria sermonem Dei, miserunt ad eos Petrum ac Ioannem. Qui cūm descendissent, orauerunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum.

Passusne est Petrus se ab Apostolis mitti & ablegari, uidebatur enim tum quasi omnium caput :

Hæc historia fortis est aries contra Papatum. Nam si Petrus quasi caput ecclesiæ habetur ex mandato Dei, quur permittit se ab alijs oblegari, an non potius subiçset periculum corporis & uitæ, quo Dei ordinatio in suis manibus maneret? Sed hasce nuces papista non dum fregerunt,

Vnde constat Magi Simonis nequitia?

Quum uidissent autem Simon, quod per

ACTVVM APOST.

impositionem manuum Apostolorum
darerur Spiritus sanctus, obtulit eis pec-
unias, dicens: Date & mihi potes-
tem istam, ut cuicunque imposuero ma-
nus, accipiat spiritum sanctum.

Quid ipsi respondent?

Petrus autem dixit ad eum: Pecu-
nia tua tecum sit in perditionem, quoni-
am donum Dei existimasti pecunias pa-
xari. Non est tibi pars neque sors in ratio-
ne hac: cor enim tuum non est rectum
coram Deo. Resipisce igitur ab ista ma-
litia tua, & roga Deum si forte remitta-
tur tibi cogitatio cordis tui. In felice et
nimamaritudinis, & colligatione ini-
quitatis video te esse.

Quid Magus respondet?

Respondens autem Simon, dixit:
Precemini uos pro me apud Dominum,
ne quid eueniat in me horum quæ di-
xistis. An hæc uerba Simon prouulerit
ex metu Apostolorum, aut ex candido
pectore, quod conuersti uoluerit, incer-
tum est. Sed hoc liquet, alienam preca-
tionem

C A P V T . V I I I .

tionem nihil conferre, nisi & is pro quo
oratur, se ad Deum uerè conuerterit, et
noua in Christo creatura facta sit. Nam
& Moses frustra pro rege Pharaone
supplicabat, & Samuel pro rege Saul.

Quem refert Simon?

Simon Magus figura est eorum, qui
in rebus diuinis, dolo & fraude agunt,
quorum ipse multos post se reliquit,
Nempe istiusmodi homines, qui multa
tum de Euangelio glorianter, non quod
ita uel current uel aiment Euangelium,
sed quod inde suum lucellum & com-
modum corrodant. Verum increpatio-
nem, benedictio est super uniuersum
Papatum, si Euangelium non doceant,
aut cōfiteantur: super omnes eorum di-
gnitates, præbendas, dominicas, feuda,
absolutiones, indulgentias, fraternitas-
tes, peregrinationes sacras, mortuorū
uigilias, & animarum exequias. Qui
nisi aliam & meliorem uitam institue-
rint & gesserint, quam ea uel nunc etiā

ACTVVM APOST.

dum in Papatu est, uel fuit, & conuersi
fuerint ad Deum uerum, & poenitentia-
m ueram & iustum, proculdubio ipsis
nihil aliud fiet, quam quod & hic Simo-
ni Mago accidit.

Manebantne Petrus & Ioannes apud
Philippum in Samaria?

S.Lucas ita scribit: Et illi quidem
testificati & locuti sermonem Dei, re-
uersi sunt Hierosolymam, & multis
oppidulis Samaritanorum Euangeli-
zabant.

Quid uero faciebat Philippus?

Angelus autem Domini locutus est
ad Philippum, dicens: Surge, & uade
meridiem uersus, ad uiam, quae descen-
dit ab urbe Hierosolymorum ad ciuita-
tem Gazam: hæc est deserta. Et sur-
gens abiit. Hic uidetis obedientiā Phi-
lippi. Non quærít: quid in deserto agā,
prædicabo uolucibus, prædonibus, au-
ltronibus? Sed secundum exemplum
Abrahæ obediens est: Et ecce uir Ae-
thiops, eunuchus præfectus Candaces

C A P V T VIII.

reginæ Aethiopum, quem præfecerat
uniuersæ gazæ suæ, uenerat adoratu-
rus Hierosolymam, & reuertebarur se-
dens super currum suum, legebatq; Es-
aiam Prophetam. Dixit autem spiritus
Philippo: Accede, & adiunge te ad cur-
rum istum. Accurrēs autem Philippus,
audiuit eum legentem Esaiam Proph-
tam, & dixit. Intelligis ne quæ legis?
At ille ait: Quinam enim possim, nisi
aliquis dux uiae mihi fuerit? Roga-
uitq; Philippum, ut ascéderet, federetq;
secum. Considera hic admirabilem hu-
militatem præfecti. Qui nostro seculo
uel exiguum potentia natus est,
nescit quibus modis satis alios præ se
contemnat, & sibi persuadet se nemis
ne opus habere, se solum omnia scire,
non tantum inciilibus, sed & in spiri-
tualibus rebus. Ut Pharisei ad cœcum
à nativitate dicebant, Ioan. 9. Tu totus
natus es in peccatis, & nos doces: &
ejectebant eum. Quod si hic præfectus
Philippum, ut hominem simplicem,

stulum

ACT VVM APOST.

stultum habuisset , nunquam certe ad cognitionem Christi peruenisset, & salutem consequutus esset. Iam uero humana maniter suscipit Philippum , confitetur ignorantem mentis suae , & orat ut uel se erudire . Ibiq; demum Christi cognitionem & uitam æternam consequitur.

Quidnam legebat præfectus ille in Propheta Esaia ?

Summa eorum quæ legebat, erat : Tanquam ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram todente seminus, sic non aperuit os suum. In humilitate ipsius iudicium eius sublatum est. Generationem autem eius quis enarrabit? Quoniam tollitur de terra uita eius. Respondens autem eunuchus Phillipo, dixit: Obscuro te, de quo propheta dicit hoc : de se, an de alio quopiam? Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, prædicauit illi Iesum. Nō est propheta inter omnes, Esaia qui & clarius & solidius de Christo

C A P V T VIII.
sto scribat: Ob id & iure hic præfectus
eum legit.

Quid adferit illi hæc lectio?
Dum irent per viam, dicit Lucas, uenierunt ad quandam aquam. Et ait eu-
nuchus: Ecce aqua, quid uerat quo mis-
nus baptizer? Dixit autem Philippus:
Si credis ex toto corde, licet. Et respon-
dens ait: Credo filium Dei esse Iesum
Christum. Et iussit sibi currum, ac de-
scenderunt ambo in aquam, Philippus
simul & eunuchus: & baptizauit eum.
Hic uide ardenter fidem huius præ-
fecti, quia ipse metuens rogat pro baptis-
mo.

Quid fiebat post baptismum?
Quum ascendissent ex aqua, spiritus
Domini rapuit Philippum: nec amplius
uidit eum eunuchus. Ibat enim per ut-
ram suam gaudens. Atq; hic impleta est
scriptura, Roma. 5. Iustificati igitur per
fidem in Christum pacem habemus er-
ga Deum.

Quo autem se proripiebat Philippus?

Philip.

ACTVVM APOST.

Philippus repertus est Azoti, & per
transiens Euangelizabat ciuitatibus
cunctis, donec ueniret Cæsaream. En
hic utilitatem persecutionū Christiano
rum hominum. Iudæa, Samaria, Pa
lestina, & Mauritania ad Euangelium
perueniunt, & filij Dei sunt.

CAPVT IX.

Quæ est summa huius capitū?

DICIT de conuersione Pauli, &
quomodo à Deo ad doctorē gen
tium electus & uocatus sit, & quid pre
dicauerit, quæcꝝ signa & prodigia ad
derit.

De qua tribu Israëlis erat hic Paulus?

Ex tribu Beniamin, Quia ita Gene
49. scriptum est: Vocauit autem Iacob
filios suos, & ait eis: Congregamini, ut
annuciem quæ uentura sunt uobis in
diebus nouissimis. Et benedicens Ben
iamin inquit: Beniamin lupus rapax,
mane comedet prædam, & uespere di
uidet.

C A P V T I X.

uidet spolia. Hæc Prophetia impleta
est in Paulo. Nam quemadmodum na-
tura lupi fert, si irruptionem fecerit in
ouile, & habuerit oportunitatem, non
prius desinere mactando, quoniam iu-
gulauerit. Ita & Paulus agebat, ut Lu-
cas hic scribit: Saulus autem adhuc spi-
rā minas ac cædē aduersus discipulos
Domini. Hoc est: uehementer contra
Christianos ferebatur, intonabat et irrū-
pebat crudeliter: cursitabat hincinde p-
domos, per ciuitates, per pagos, extrahe-
bat Christianos uiolēter, nec ulli qdem
homini parcebat, neq; uiris, neq; fœmī-
nis; et offerebat tradebatq; eos in manus
hostium. Atq; quia legis & prophetar-
iū peritus esset, omnino ista reiecta esse
nolebat, Vnde & summum sacerdotē
conueniebat, & solicitabat ipsum deli-
teris Damascum ad Synagogas, ut si
quos huius uiae & uitę inueniret mulie-
res seu uiros, uinctos Hierosolymam
duceret. Ecce lupum rapacem & perse-
cutorem discipulorum Christi.

Qgo

ACTVVM APOST.

Qno pacto autem conuertitur?

Cum iter faceret, contigit ut appro-
pinquaret Damasco. Et subito circum-
fulgurauit eū lux de cœlo, collapsusq;
in terram, audiuit uocem, dicēt em sibi:
Saul Saul, quid me persequeris? Dixit
autem: Quis es Domine? Dominus au-
tem dixit: Ego sum Iesus quem tu per-
sequeris. Durum est tibi contra sti-
los calcitrare. Istremens ac stupens di-
xit: Domine, quid me uis facere?

Cur Deus tā a potentia Paulum conuertit?
Tamen id nulli unquam alij fecit, neq; Za-
cheo, neq; Petro, neq; Magdalena, neq; la-
tronum cruci pendenti?

Christus hoc exemplo demonstrare
uult, publicanos & peccatores multo d-
tius conuersum iri, q; Phariseos, & ius-
ticiarios, ut et Christus ipsis exprobrat
Matth. 21. Publicani & meretrices pra-
cedent ipsis in regnum cœlorum. Nō
quod externa probitas & iusticia non
bonasit, sed quia ipsi in ea gloriantur il-
licitè, et reliquos deo gratos uituperat.
Quid

C A P V T . I X .

Quid est, quod Dominus ait: Ego sum
Iesus quem tu persequeris?

Hoc indicat, quod unum sit corpus
cum sua ecclesia, & qui laedit unum
membrum laedit ipsum, ut ait per Propheta-
tem Zachariam: Qui uos offendit,
pupillam oculi mei offendit, & Matth.
25. Quod fecistis minimis ex meis fratri-
bus, id mihi fecistis.

Quid est, quod ait: Difficile tibi erit, con-
tra stimulum calcitrare?

Vult eo significare, quod illi qui Eu-
angeliō & Christianos persequuntur,
sibip̄is maximam calamitatem adcer-
sant.

Dæ exempla.

Rex Pharaon persequebatur filios Is-
raël, sed ad æternam suam ipsius per-
nitiem, & excidium. Iudæi persegue-
bantur & occidebant Christū, sibip̄is
ad sempiternam etiam perditionem.

Quid accidebat Pauli comitibus?
Viri, ait Lucas, qui ipsi comites erāt,
stabant, & obstupefcebant; audiebant

I

ACTVVM APOST.

enim uocem, & neminem uidebant . Cas
pi . 26 , huius uoluminis , confitetur Paul
lus apud regem Agrippam , quod omnes
in terram prociderint , Aequum enim
est , ut illi quiscelerum socij existunt ; eti
am pœnarum participes sint . Pharaon
is operæ in eo erant ; ut filios Israëlis
supprimerent , Ideo & cum suo Domine
no in mari rubro pari adfiguntur sup
plicio , eoq; digno .

Sed quid Paulo accidebat ?

Paulus de terra se se erigebat , & com
oculos suos recluderet , neminem uide
bat : Comprehendebant autem ipsum
manu , & Damascum perducebant , &
per tres dies non uidebat , & nihil ede
bat , nihilq; bibebat . En mirabilia Dei ,
Paulus peregrinabatur stipatus suis co
mitibus , ut Christianos uincens Hiero
solymnam abduceret , Iam actus fabulæ
introuertitur , & uiri hi Paulum dedu
cunt Damascum manibus cœcum . Ita
sit , qui alteri soueam fodit , ipse in ea pre
ceps

C A P V T I X.

Cepseratur. Sic Haman Mardochæo
cruce in extruebat, & ipse ad illā suspen-
debatur. Principes Persiq; Danielēm in
Leonus speluncam projiciebant, sed
Daniel liberabatur, cæterū principes
etō detrudebātur nollent uelli et omnes.
Saul persequebatur Dauidem, sed per
hanc persecutionem à toto suo regno,
unā cum toto suo genere abdicabatur.

Quid agit Paulus Damasci?

Per tres dies nihil videbat, nihil cibi, n̄
hiloq; potus accipiebat. Oportebat Pau-
lum externè cœcum redi, si uolebat
internè illuminari. Eo enim tempore,
quo corporeis oculis nihil cernebat, cer-
nebat internis & spiritualibus oculis
creatorem omnium rerum, ut gloria-
tur in Domino, 2. Cor. 12. dicens: Noui-
hominem in Christo ante 14. annos, ne-
scio an in corpore, uel extra corpus fue-
rit, Deus scit. Is rapiebatur usq; in tertii
um cœlum, imò in Paradisum, & au-
diebat uerba, quæ non licet fari ho-
mini. Ibi proculdubio Euangelion

ACTVVM APOST.

didicit, ut ipse met Gala. 1. confitetur, dicens: Notum uobis fratres, facio, quod Euangelion, quod ego prædicaui, non ab homine sit, quia non ab homine accipi, nec didici, sed ex reuelatione Iesu Christi.

Quo pacto S. Paulus conuertitur?

Discipulus erat Damasci, nomine Ananias, ad illum dicebat Dominus in uisione: Ananias. Et ipse respondebat: Adsum Domine. Dominus dicebat ad ipsum: Surge, & abi in uicum, qui uocatur rectus. & quæc in domo Iude de Saulo Tarsensi. Ecce enim orat. Et uidit in uisione uirum, nomine Ananias, ad se introeuntem, et manum sibi imponentem, ut videret rursus.

Quis era iste Ananias?

Hoc Paulus indicat in hoc ipso libro 22. capite: Erat uir pius secundum legem Dominus Ananias, famæ & existimatio nis bonæ, apud omnes Iudæos isthic in habitantes.

Quid respondebat Ananias Domino?

Dicit

C A P V T I X.

Dicebat: Domine, ego audiuī à mul
tis de hoc uiro, quām multum persecu
tionum sanctis tuis Hierosolymæ iniu
lerit. Et accepit hic potestatem à sum
mis sacerdotibus ligandi omnes qui in
uocant sanctum nomen tuum. Q. d.
Deus meus, quare uis me lupo tradere,
aut in macellum? Hicç est humanus ti
mor: talis timor Mosi incussum erat, cùm
Deus ipsum ad Pharaonem mittere uel
let. Itidem Hieremię, cùm Deus ipsum
ad Prophetam uocaret, & eligeret. Si
militer & Ionae, cùm Deus ipsum ad ci
uitatem Niniuen mitteret, ad pœnitē
tiam adnunciandum.

Quomodo Dominus Ananiam consolatur?
Dominus dicebat ad ipsum: Abi, nā
hic mihi uas electum est, ut nomen me
um gentibus proponat, & regibus, &
pueris Israël. Ego ostendam illi, quan
tum pati beat propter nomē meum.
Q. d. Mi Anania, quietus esto, noli ti
mere, noli sollicitudine premi, putas ne
met te trusurum ad lupum aliquem, aut

ACTVVM APOST.

Iatronem. Non ita est Anania, An non
sunt 12. horæ dieis? Ne turbetur cor tuum.
Ego oia bene curabo. Verum est, lupus
fuit, sed ex lupo ouem feci, ex persecutore
Christianorum, doctorem gentium, ex
legis perito, preconem Euagelij, ex Phari-
seo Apostolum, & testem, qui nomen
meum ferat ad uniuersos populos. Ad
eundem modum Deus Mosen consola-
batur, dicens: Ego ero tecum, et astabu-
ori tuo, & edocebo te quid loquaris.
Nec aliter Hieremiam erigit, dicens: Ne
tibi timeas, ego tecum ero. Et ad discipu-
los suos dicebat, Matth. 10. cap. Nolite
timere eos qui corpus occidunt, animam
occidere nequeunt.

Ut Paulus baptizatus est?

Ananias abibat, & ueniebat addo-
mum, & imponebat ipsi manus, & dice-
bat: Amice frater Saul, Dominus misit
me, qui tibi apparuit in itinere, cum te
huc reciperes, ut rursus uisus tibi resti-
tuere, & implereris Spiritus sancto. Et
continuo quasi squame ab oculis eius ca-
debant,

C A P V T I X.

debant, & uidebat rursus; & surgens
baptizabatur, & capiebat cibū, & cōfir-
mabatur. Sed manebat diebus aliquot
apud discipulos Damasci, & continuo
prēdicabat Christū in synagogis, quod
ipse filius Dei esset. Hæc est cōuersio,
hic est baptismus Pauli.

Non poterat Christus illi uisum resti-
tuere, cumq; baptizare?

Potuisset facere, sed nollebat, Anani
am oportebat agere, ut ministerium uer-
bi, & subministratio Sacramētorum in
vigore suo & uirtute manerent.

Quonodo arridebat auditoribus præ-
dicatio Pauli?

Omnes stupore corrīpiebantur, q; au-
diebant, & dicebant: An non hic est is,
qui Hierosolymis persequebatur cēs,
qui hoc nomen inuocabant, quicq; id
huc sese contulit, ut uinc̄tos ipsos ad sa-
cerdotes abripiat? Verū Paulus ma-
gis magis confirmabat, & colliges
bat Iudeos qui Damasci erant, & con-
firmabat quod hic esset Christus?

ACTUVM APOST.

Quid autem iudei dicebant ad hanc
Pauli concionem?

Post dies multos iudei consilium
nibant, ut ipsum occiderent, sed notum
siebat Paulo, quod intenrarent sibi mor
tem, quodc^z noctes & dies adseruarent
portas, ut eum occiderent. Et adsumer
bant ipsum discipuli de nocte, & mittie
bant eum per muros in sportula qua
dam. Quomodo haec acta sunt, ipse glo
riatur in Domino. 2. Cor. ii. dicens: Da
masci præses regis Arethæ, custodiam
adhibebat ciuitati Damascenorum, &
uolebat me comprehendere, & in spor
tula per fenestros murorum demitte
bar, & euadebam manus ipsius.

Detectat ergo Saulus mortem pro
pter nomen Christi

Hic timor non erat, sed dispensatio
Dei, habebat enim mandatum a Deo,
ut nomine Christi ferret ad gentes, reges,
& filios Israël. Hoc necesse erat fieri.

An & recte agebant discipuli, quod
Saulum per moenia demuttebant, et
infringebant?

C A P V T . I X .

infringebant ciuilem libertatem?

Quando insontem hominem possumus eripere, cedant ciuiles leges diuinæ legi, quæ est: Dilige proximum tuum sicut te ipsum. Eniam in Saulo confirmant ueram & Christianam philadelphiam, ut Christus docet, Ioannis 13. cap.

Quò proficiscitur Saulus, relicto

Damasco?

Gala. 1. dicit: Proficiscebar in Arabiam, & reuertebar Damascū, deinde tribus annis elapsis, repeebā Hierosolymam cauſſā uidendi Petrum, & manebā apud eum 15. diebus. Deinde ueniebam in regiones, Syriam & Ciliciam: cæterum de facie ignotus eram Christianis ecclesijs in Iudea, deinde post 14. annos, remeabam Hierosolymam cum Barnaba, & adiungebā Titum. Vnde dicit Lucas: Cum Saulus uenisset Hierosolymam, tentabat se iungere discipulis: & omnes timebant eum, nō credentes, quod esset discipulus, Barnabas au-

ACTVVM APOST.

tem apprehensum illum duxit ad Apo-
stolos: ac narravit illis, quomodo in via
uidisset Dominum, & quod locutus es-
set ei, & quomodo in Damasco fortiter
egisset in nomine Iesu. Et erat cum illis
uersans Hierosolymis, cum fiducia lo-
quens in nomine Domini Iesu. Loque-
baturq; & disputat aduersus Græcos:
illi uero quærebant occidere eum.
Quod cum cognouissent fratres, deduc-
xerunt eum Cæsaream, & emiserunt
Tarsum. Hoc initium est peregrinati-
onis Paulinæ à Damasco in Arabiam
& Hierosolymam, à Hierusalem Cæsa-
riam, & Tarsum Ciliciæ. Atq; inde dis-
cimus obedientiam Pauli erga Deū,
& fraternā charitatem erga oēs hoīes,

Sed quomodo habebat Christianas
cœlia co tempore?

Congregatio habebat pacem per to-
tam Iudeam regionē, Galilæam, & Sa-
marią, & ædificabatur: & ambulabant
in timore domini, & implebantur gau-
dio Spiritus sancti.

Vnde

C A P V T . I X .

Vnde proueniebat subitum illud gaudium
ecclesie?

Ex misericordia Dei, idcirco potissimum
propter duas causas. Primo, quod Deus
us ecclesie suae pacem dare potest quando
dolor, compresso & penitus deleto ty-
rannorum furore & minis. Deinde etiam,
quod Deus post magnas calamita-
tes, citio solet consolari.

Dæxempla.

Mulier (dicit Christus) quando parit,
habet tristiciam, enī hora eius aduenit;
edito aut puerō, obliuiscitur doloris, pa-
pter gaudium quod ex eo cōcepit, quod
homo prodierit in mōdum. Intuemini
hyemē & æstatiē, Qui prius hyemē nō
vidisset, & videret iam omnia nitibus
obducta esse, & glacie cōgelata & cōstri-
cta, is de mudi cōditione planè despe-
raret, Atqui tamen prouerbium est: du-
ra hyems, hoc est, frigida, profert & bo-
nam æstatiē. Quanto hyems frigidior,
tanto fertilior & æstas insequens. Sic
Christianum sequitur gaudium æternū,

de-

ACT V V M V A P O S T .
deuorato infortunio, Ioan. 16. capite.

Quid Petrus interea agit?

Factum est autem, ut Petrus, dum peragraret per omnes, deueniret etiam ad sanctos, qui habitabant Lyddæ. Reperit autem ibi hominem quendam, nomine Aeneam, annis iam octo decumbentem in grabbato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus: Aenea, sanet te Dominus Iesus Christus. Surge, et sterne tibi ipsi. Et continuò surrexit, & uiderunt eum omnes qui habitabāt Lyddæ & Assarone, qui conuersi sunt ad Dominum.

Adibatnē etiam Petrus defunctos sanctos, Patriarchas, Abraham, Isaac, Iacob, & Prophetas?

Non: Sed uiuos sanctos. Hoc est, qui super uerbum suscepserant Lyddæ.

Atqui non multum bonorum operum edidcrant isti, quomodo ergo sancti esse poterant?

Bona opera neminem iustificant, sed sola fides in Iesum Christum: Christus solus

C A P V T I X.

Solus est nostra sanctificatio. Quicumq;
enim crediderit, quod pater sibi remise
rit propter Christum omnia peccata,
sanctus est coram Deo. Primum per si
dem sancti & iusti simus, deinde bonos
adferimus fructus.

Aedebatne Petrus preterea & alia

miracula?

Lyddæ sanabat paralyticum Acene
am: Hic Ioppæ Tabithan resuscitat.

Qui hoc fit?

Ioppæ autem fuit quædam discipu-
la, nomine Tabitha, quæ interpretata di-
citur Dorcas. Hec erat plena operibus
bonis, & eleemosynis quas præstabat.
Factum est autem in diebus illis, ut in-
firmata moreretur. Quam cum lauif-
sent, posuerunt in cœnaculo. Cum au-
tem uicina esset Lydda Ioppæ, ac disci-
puli audissent, quod Petrus esset in ea,
miserunt ad eum, rogantes, ne grauare
tur uenire usq; ad se. Exurgens autem
Petrus, uenit cum illis. Et cum aduenis-
set, duxerunt illum in cœnaculum, &

cirq;

ACTVVM APOST.

circumsteterūt illum omnes uiduæ filio
res, & ostendētes tunicas uestesq; quas
faciebat cūm esset cum ipsis Dorcas. Et
iectis aut oībus foras, Petrus positis ge-
nibus orauit: & conuersus ad corpus, d-
xit: Tabitha, surge. At illa aperuit oculi
los suos: uisoq; Petro, resedit. Data autem
illi manu, erexit eam: & cū uocasset san-
ctos ac uiduas, exhibuit eam uiuā. Hæc
Tabitha primū dicitur discipula. Hoc
est, didicerat Euangelio, & credebat in
Iesum Christum, deinde istā fidem, ut
bona arbor, bonis operib; cōfirmauit,
dedit eleemosynas, inseruiuit pupillis
et uiduis. Hæc & ægrotare cœpit, & uo-
luntate Dei defuncta est, ut Dei gloria
in ipsius resuscitatione innotesceret, &
doctrina Euangelii propagaretur.

Quid secum utilitatis hoc miraculum
adulit?

Sic dicit Lucas: Id autem innotuit per ro-
tā loppē, et crediderunt multi in dñm.
Factum est autem, ut dies multos maneret
loppē apud Simonem quendam coria-
xiūm.

CAPVT

CAPVT X.

Quæ est summa huius capitū?

IN superioribus quidē Lucas posuit, quomodo apostoli et discipuli Christi Iudæis tantum, & proselytis, Euangelium Christi prædicauerint, Iam porro ait, quo pacto & gentes ad Evangelion uocatæ sint. Et sumit exordium à Cornelio, qui Cæsareæ commorabatur.

Quis est iste Cornelius?

Secundum carnem gentilis, homo circumcisus: secundum officium centuria, ex cohorte quæ dicitur Italica. Quia cum Romani Syriam & Iudæam subiugassent, imponebant in omnesciuatas munitas, & prouincias, centuriones cum militibus, ne quid Iudæi aduersus Cæsarem adrentarent, ut soliti erant: secundum uiuendi rationem erat religiosus ac timens Deū, cum tota domo sua. Ut pater familiæ erat, ita & familia eius erat, iusta, integra, modesta, uerax, & pietatis

ACTVVM APOST.

pietatis tenax, benigna, & beneuola et
ga pauperes, assidua, deuota, & perpe-
tua in preicatione.

Mirum quidem est, quod gentilis
miles, pius, benignus, & deuotus exi-
stat?

Verum est: Nam nostri milites, qui
se Christianos gloriantur, parum pte-
tatis in se habent, et maior pars magis
prædæ inhiat, quam ut benigni, & mi-
sericordes esse certarent, et pauperes iu-
uare. Multi in integra hebdomada ne-
semel quidem orationem dominicam
Deo patri offerunt ex candido corde,
nendum ut deuoti essent & uerè humi-
les in orando. Iurant citius, & maledic-
unt lubentius per Dei martyrium &
uulnera, ut haud mirum esset, si Sol, si
Luna, si omnia deniq; elementa, & tota
mundi machina concuterentur, et obid
mouerentur. Sed hic Cornelius bona ar-
bor est, pius & timens Deum.

Qua ratione ad istam peruenit pie-
catem:

Bonam

C A P V T . X.

Bonam de Christo Nazareno audit
famam, quo pacto in Galilæa, Iudæa, et
Samaria obambularet, prædicaret pœ-
nientiam & remissionem peccatorū,
sanaret omnes languores, mederetur
cœcis, debilibus, claudis, surdis, mutis,
& leprosis. Exhauriebat hic tantam fis-
dem, ut aperte & liberè colligeret, hūc
Iesum esse Messiā, mundi Iesum, qui Iu-
dæis erat promissus. In hac fide Cornelius
incedit, diligit & timet Deū, orat,
ieiunat, dateleemosynas, exercet innu-
mera misericordiæ opera, eoç adigit &
impellit uxorem, liberos, nec non & fa-
miliā. Non interim dubitans, quin De-
us ipsum tandem sit cōsolaturus, & ad
cognitionem ueritatis perducturus: ut
ergo credit, sic fit ei. Deus qui fidem re-
spicit, inuenit media, ut hunc Cornelio-
um ad Euangelium perducat.

Quid Deus agebat apud hunc Cor-
nelium?

Primum mittit ipsi angelum de coe-
lo, is ipsi indicabat, quod ad Euangeliū

K

ACTVVM APOST.

uenire deberet. Nam sic scribit Lucas:
Is uudit per uisum manifeste fermè ho-
ra die in nona angelum Dei introéuntem
ad se, dicentemq; sibi : Cornelius. At ille
intuēs eum, ac timore correptus, dixit:
Quid est Dñe? Dixit autem illi : Ora-
tiones tuæ & eleemosynæ tuæ ascende-
runt in memoriam coram Deo. Et nunc
mitte uiros Ioppen, & accerse Simonem
qui cognominatur Petrus. Hic diuerfa-
tur apud Simonem quendam eoriari-
um, cui est domus iuxta mare : hic dicet
tibi quid te oporteat facere. Deinde &
Petrus necesse habebat ipsum conueni-
re, & Euangelium prædicare, & bapti-
zare ipsum.

Non poterat & angelus ipsum fidem
& Euangelium edocere?

Deus uolebat hic uerbi ministerium,
& uerbum uocale confirmari, contraer-
roneos istos sp̄iritus, qui contendunt,
necessæ esse, ut expectemus, & obstupe-
scamus, in cœlum intuentes, & audien-
tes, qd uentus dicat. Deus uult ore pra-
dicari

C A P T X.

dicari uerbum apertè, & per eam prædi-
cationem uult dare fidem & Spíritum
Síntu[n]t, ut S. Paulus ait, Roma. io. Vn-
de & Christus ablegabat Apostolos in
uniuersum mundum, ad prædicādum
Euāgelium, Mar. ultimò. Etiam mitte-
bat Ananiam ad Paulum, et hīc Petrum
ad Cornelium.

Quomodo reperit Petrum?

Cūm angelus discessisset, uocabat du-
os famulos, & militem religiosum, ex il-
lis, qui circum se erant, ac omnia eis re-
cenfebat, & Ioppen mittebat, & accer-
sebat Petrum.

Cur non principem sacerdotum uoca-
bat, aut alias Pharisæorū aliquem?
Credebat uerbis angeli, ac facit secun-
dum mandatum eius, & accersit Petrū.

Quid accedit Petro?

Postridie uero facientibus illis iter,
& appropinquantibus ciuitati, ascens-
dit Petrus in superiora domus, ut ora-
ret, circa horam sextam. Et cūm esuri-
ret, voluit gustare cibum. Parantibus

ACTVVM APOST.

autem illis, irruit super eum mentis excessus. Et uidet cœlum apertum, ac descendens ad se uas quoddam, uelut linteum magnum, quatuor initijs alligatum, summitum ē cœlo in terram, in quo erat omnia quadrupedia terræ, bestiæ & reptilia, & uolatilia cœli. Et facta est uox ad eum: Surge Petre, macta & uescere. Ait autem Petrus: Nequaquam Domine, quia nūquam edi quicquam cōmune & immundum. Et uox rursum iterum ad eum: Quæ Deus purificauit, tu communia ne dixeris. Hoc autem factum est tertio. Et rursum receptum est uas in cœlum.

Quid hæc uisio portendit?

Nihil aliud, quam quod & gentes debeat ad communionem Christianæ fidei, & Euangeli peruenire. Nam quid aliud sunt immunda animalia, quam idolatricæ gentes? Quid est, communia animalia mactare, quam gentibus Euangeliū prædicare, non habito respectu legis, circumcisionis, & similium. Iam

non

C A P V T . X.

non amplius auditur: Non sum missus,
nisi ad oves perditas de domo Israël:
Sed: ite in uniuersum mundum, & præ-
dicate Euangelium omni creaturæ.

Quid est, quod uas communium ani-
malium recipitur in cœlum?

Nihil aliud, quam quod miseri pecca-
tores, & peccatrices miseræ, per fidem
in Christum iustificantur, cœlorum re-
gnum accipiant, ut Christus ait, Matt.
ii. Regnum cœlorū uim patitur, & qui
uim faciunt illud rapiunt. Et ca. 21. Publi-
cani & meretrices præcedent uos Pha-
risæos & hypocritas in regnum cœlo-
rum.

Adhibet ne Petrus etiam fidem huic
dicto?

Dum apud se hæsitaret Petrus, que-
nam esset uisio, quam uidisset, ecce viri
qui missi erant à Cornelio, perconitati-
de domo Simonis, astiterunt ad ianuā.
Et euocato quopiam, interrogabant, an
Simon, qui cognominaretur Petrus, il-
lic haberet hospitium. Petro uero cogi-

ACTVM APOST.

tante de uisione,dixit spiritus ei: Ecce
uiri qui erunt te. Surge itaq; & descen-
de,& uade cum eis,nihil hæsitans,pro-
pterea quod ego misi illos. Descendens
autem Petrus ad uiros,qui missi erant a
Cornelio ad ipsum,dixit: Ecce ego sum
ille quem quæratis. Quæ cauſa est pro-
pter quam uenistis? Qui dixerunt: Cor-
nelius centurio, uir iustus, ac timēs De-
um,& testimonium habens ab uniuersi-
ta gente Iudæorum , oraculo admoni-
tus est ab angelo sancto,ut accerteret te
in domum suam , & audiret uerba abs-
te. Intrò uocatos igitur eos, recepit hos
spiritio.

Quomodo conueniunt Cornelium?

Sequenti uero die Petrus profectus
est cū illis,& quidā ex fratribus ab Iop-
pensisibus comitati sunt eum. Postridie
uerò introierunt Cœsaream. Porrò Cor-
nelius expectabat illos,couocatis cognaz-
tis suis,ac necessarijs amicis. Ut autē fa-
ctum est, ut introiret Petrus, obuiam p-
gressus ei Cornelius,ac procidens ad pe-
dī

C A P V T X.

des, adorauit eū. Petrus uero erexit eū,
 dicens: Surge, et ego ipse homo sum. Et
 colloquens cum illo, intrauit, & offendit
 multos qui conuenerant, dixitq; ad
 illos: Vos scitis, non esse fas uiro Iudeo
 cōiungi, aut accedere ad alienigenam.
 Sed mihi ostendit Deus, ne quem com-
 munem, aut immundum dicerem ho-
 minem, quapropter & incunctanter
 ueni accessitus. Interrogo ergo, quam
 ob causam accessisti me? Et Cornelius
 ait: Die ab hinc quarto usq; ad hanc
 horam sedebam ieūnus: & hora nona
 precabar in domo mea, & ecce uir si-
 tit ante me in ueste splendida, & ait:
 Cornelii, exaudita est deprecationis tua, &
 eleemosynæ tuæ in memoria habitæ
 sunt corām Deo. Mitte ergo (qui eant)
 loppes, et accessere Simonem, qui congo-
 minatur Petrus: hic diuersatur in ædi-
 bus Simonis coriarij iuxta mare, qui si-
 mulatq; uenerit loquetur tibi. Confe-
 stim ergo misi ad te, & tu bene fecisti, q;
 aduenieris. Nunc ergo omnes nos, teste

ACTVVM APOST.

Deo, adsumus, ut audiamus omnia que
cunq; tibi præcepta sunt à Deo. Hac hi-
storia discimus, ut post hac non uocem
ex cœlo expectemus, sed Petrum audia-
mus, & cæteros quos dedit Christus.

Quæ est summa prædicationis Petri?

Aperiens autem Petrus os, dixit: Re-
ipsa comperio, quod non sit personarū
respectus apud Deum, sed in quauis gē-
te, qui timet ipsum & operatur iustici-
am, is acceptus est illi. Sermonem quē
misit Deus filijs Israël, annuncians pa-
cem per Iesum Christum (hic est omni-
um Dominus) ipsi nostis, de quo ser-
mone fama diuulgatum fuit in tota Iu-
dæa: rumore primum orto à Galilæa,
post baptismum quod prædicabat Ioan-
nes: ut Iesum Nazarenū unixerit Deus
Spiritū sancto et uirtute, qui obambula-
uit benefaciendo & sanando omnes op-
pressos à diabolo, quoniam Deus erat
cum illo. Et nos testes sumus omnium,
quæ fecit & in regione Iudæorum, &
Hierosolymis, quem occiderūt suspen-

sum

C A P V T . X.

sum in ligno. Hunc Deus suscitauit ter-
tio die, & exhibuit eum, ut manifestus
fieret non toti populo, sed testibus pri-
us ad hoc delectis a Deo, nimirum nos-
bis, qui comedimus & bibimus unam cū
illo, posteaquam surrexit a mortuis.
Et præcepit nobis ut prædicaremus po-
pulo, ac testificaremur, quod ipse sit ille
qui constitutus erat a Deo iudex uiuo-
rum ac mortuorum. Huic omnes Pro-
phetæ testimonium ferunt, quod remis-
sionem peccatorum accepturus sit per
nomē eius, quisquis crediderit in eum.

Quid docet Petrus in hac prædicatione?

Primo dicit, quod apud Deum non
sit respectus personarum, sed quicun-
que operatur iusticiā, & timet Deum,
siue gentilis siue Iudæus sit, Deo adces-
ptus est. Deinde dicit, quod Christus
sit Dominus omnium creaturarum in
coelo & in terra, Iudæis primitus pro-
missus, sed postremo tempore homo fa-
ctus sit, & a patre ad prædicatorem con-
stitutus, ad proferendam uiam ueritatis

K ,

ACTVVM APOST.

& Salutis æternæ. Tertiō, quod oēs fideles redimere debeat, & uelit, corporaliter ab omnibus morbis, & spiritualiter a diabolo, morte, peccato, & inferno. Quarto, quod iudex sit constitutus a Deo, ad iudicandū viuos & mortuos, Impijs infernum, p̄ijs uero regnum cœlorum daturus.

Quomodo affecti erant auditores erga hanc Petri concionem?

Adhuc loquente Petro uerba hac, ecclidit Spiritus sanctus super oēs, qui audiebant sermonem. Et obstupuerūt hi, qui ex circuncisorum genere credebāt, quotquot uenerant cum Petro, quod ei in gentes donum spiritus sancti effusum esset. Audiebant enim illos loquentes linguis, ac magnificantes Deum. Tunc respōdit Petrus: Num quis prohibere potest, quo minus aqua baptizentur hi, q̄ spiritū sanctū acceperūt sicut et nos? Et iussit eos baptizari in nomine dñi. Hic uidemus quid & quātum fides posset, que uerbū Dei serio, & summo candore & zelo apprehendit. Quid

C A P V T X.

Quid agit Cornelius, & qui cum ipso
sunt?

Rogabant Petrum ut remaneret all
quor dies. An nō hoc mirum est: Iudei
qui gloriātur se esse Dei populum, pro-
fligant Apostolos, nullib[us] eos pati uo-
lunt: rogam contrā gentes, ut ad se ueni-
ant, & maneant apud se. Iudæi Dei uer-
bum nec audire nec uidere uolunt. Gen-
tes autem nihil æquè cupiunt, atq[ue] Dei
uerbum. Hęc sunt Dei miracula. Ita eti
am dum agitur: Papa, Cardinales, Epis-
copi, Dominicastri, Præbendarij Mo-
nastici, Cantherij, Vicarij, & id genus
alij huius farinæ, Dei uerbum contem-
nunt, uocant nouam doctrinam et hęre-
sim, qui tamen se capita & columnas
Christianæ ecclesiæ iactitant. Sed Idi-
otæ, miseri homunculi, nihil ardentius
affectant, quam Dei uerbum, Apud
hosce etiam operatur gratiam, salutem,
incolumitatem, & æternam
denicuitam.

Amen.

C A P V T

ACTVVM APOST.

CAPVT XI.

Quid nobis proponit hoc caput?

TRIA. Primo Petrus castigatur, quod cum gentibus cibum sumperit. Deinde, dispersi discipuli hincim de obambulant in vicinas regiones, & ciuitates. Tertio propheta Agabus de nunciatingentem famem, quae uentura sit super uniuersum terrarum orbem.

Quis Petrum castigat?

Discipuli: Nam ita scribit Lucas: Audierunt autem Apostoli & fratres, qui erant in Iudea, quod & gentes receperunt sermonem Dei. Cumque ascendisset Petrus Hierosolymam, discepitabat ad uersus illum qui erant ex circumcisione, dicentes: Ad uiros præputium habentes introisti, & edisti cum illis.

Num peccabat Petrus, quod cum gentibus communionem habebat?

Non: Quod Petrus agebat, non agebat ex seipso, sed ex Dei mandato.

Sed quid inter se ipsi accidit?

Quidam

C A P V T X I.

Quidam eius factum laudant, & De
um glorificant, quidā uituperāt ipsum,
quod peccarit.

Accidit etiamdum ita?

Sanē: Quod bonum est & honestū,
displacet hominibus, & semper plures
inueniuntur, qui bonum aliquod opus
criminentur, quam qui laudent, uel ho-
nore adficiant debito.

Dæ exempla.

Dulcissimus Dominus noster Ies-
sus multa beneficia in Iudeos conser-
bat, coecis restituebat usum, surdis au-
ditum, mutis loquela, & nihil tamen
gratiæ inde auferebat, imò summis sa-
cerdotibus, Pharisæis, & hypocritis ui-
ni poter erat, seductor populi, & Sama-
itanus turpis. Moses pueris Israëliticis
multū beneficiorū exhibebat, sed quo-
ties uolebat ipsum lapidibus obruere?
Dauid rex erat pius, nihilominus tamē
proprio suo filio regno ejiciebatur. Sic
& Petro hic fit, Suorum beneficiorum
etiam arguitur.

Quomodo

ACTIVVM APOST.

Quomodo Petrus se defendit?

Egregia & subtili utitur Apologia,
ordine singula illis exponit, dicens: Eg-
o eram in ciuitate Ioppae orans, & u-
di raptus extra me visionem, descendens
re uas quoddam, ceu linteum magnum,
quatuor initis emissum e cœlo, & uenit
usq[ue] ad me. In quod cum intendissem o-
culos, animaduerti, & uidi quadrupes
di terræ, & bestias, & reptilia, & uola
tilia cœli. Audiui autem & uocem di-
centem mihi: Surge Petre, macta & ue-
scere. Dicebam autem: Nequaquam
Domine: quia nihil commune aut in-
mundum unquam introiuit in os meo.
Respodit autem mihi vox rursum e cœlo
Ioh: Quæ Deus mundauit, tu ne commu-
ni dixeris. Idq[ue] accidit tertio, et rursum
omnia subducta sunt in cœlum. Et ecce
ex exemplo tres uiri prestatō aderant in
dibus, in quibus eram, ē Cæsarea milii
ad me. Dixerat autem mihi spiritus, ut
congrederer cum illis, nihil hæsitans.
Porro comitati me sunt & sex fratres,

bis

C A P V T X I.

hi. Et ingressi sumus in domum uiri:
isq; retulit nobis , ut uidisset angelum
domi suæ , qui astitisset ac dixisset sibi:
Emitte uiros Ioppen , & accerse Simo-
nem,cognomento Petrum , qui tibi ea
dicturus est, per quæ serueris & tu , &
uniuersadomus tua. Cùm autem exor-
sus essem sermonem, dilapsus est Spir-
tus sanctus in illos , quemadmodum &
in nos fuerat illapsus initio. Veniebat
autem in mentem quod dixerat Domi-
nus : Ioannes quidem baptizauit aqua,
ceterum uos baptizabimini Spiritus an-
to . Proinde si par donum dedit illis
Deus, quemadmodum & nobis , cùm
credidissemus in Dominū Iesum Chris-
tum , ego porrò quis eram, qui possem
obstere Deo ? His autem auditis ob-
ticerunt, & glorificauerunt Deum, di-
centes : Igitur & gentibus Deus pœni-
tentiam concessit ad uitam.

Quid ex hac Petri responione di-
scamus ?

Primum, ut secundum exemplum
Petr,

ACT V V M A P O S T.

Petri, iratis & cōtentiosis amicē, & cōtaratione respondeamus. Nam Salomon dicit, Proverbior. 15. Benigna responsio iram sedat . Sed dura responsio, iram operatur. Deinde, ut etiam amica & benigna responsione contentissimus. Præsertim cūm cauſſa per ſe diuinā, utilis, et ſalutaris, licet aliter coram mundo omnia appareant. Nec alijs gratiam Dei inuidemus & præripiamus, fed multō magis ob eam Deo gratias agamus, & hymnos decantemus.

Quid faciunt diſpersi diſcipuli?

Lucas inquit: Et illi quidem qui diſpersi fuerant ex afflictione , quæ oris fuerat ob Stephanum, perambulauerūt usq; ad Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes sermonem illum, niſi ſolis Iudeis. Erāt autem quidam ex eis viiri Cyprī & Cyrenenses: qui quium introiſſent Antiochiam, loquebantur ad Græcos, p̄dicanter do minum Iesum . Eterat manus Domini cum eis, multusq; numerus credenti

C A P V T X I .

U m conuersus est ad Dominum.

Persecutio Christianorum tantum bo
ni in ecclesia effecit?

Sic: Nam cum discipuli Christi di
spergerentur, & profugiebant Hieroso
lynam, Euangelium ipsorum prædica-
tione propagabatur in omnes regio-
nes uicinas, & ciuitates. Quidam in Sa-
mariam, non nulli in ciuitates Iudeæ, Hi-
Cæsaream, Lyddam, & Ioppen, illi An-
tiochiam, & in Aegyptum. Euangeli-
um Christi profligatur, & ex sola ciui-
tate ista Hierosolymitana, ex Iudea mi-
serè profligatur, sed suscipitur alias nō
solum in urbibus multis, sed & regioni-
bus, principatibus, & regnis. Ita nulla
tam magna crux est, aut tam dura, quæ
non multum commodi persæpè Chris-
tianis adferat. Quia in cruce, & perse-
cutione Christianorum crescit fides,
Euangeliō est in uigore, & in flore, chri-
stianorum corda feruida sunt, & parata
propter Christū pati, quicquid debent.
Et quanto magis Christiani persecutio-

L

ACTVVM APOST.

nem patiuntur, & occiduntur, eō plures
Christiani fiunt. Scribit enim Tertullia-
nus: Christianorum sanguis est semen,
de quo Christiani exuscitantur: et in Chri-
stianorum sanguine diabolus peribit.
Quid faciebat Apostoli ad hanc cōuerzionē gentium?

Peruenit autem rumor ad aures ecclē-
siæ, quæ erat Hierosolymis, super his ex-
miserunt Barnabā, ut iret ad Antiochiam.
Qui cum puenisset, & uidisset gra-
tiam Dei, gauisus est, et hortabatur oīs,
ut proposito cordis perseueraret adhe-
rere Dño. Namerat uir bonus, ac ple-
nus Spiritus sancto, & fide. Et addita
est multa turba Dño. Profectus est autem
Barnabas Tarsum, ut quæreret Saulū:
quem cum inuenisset, perduxit Antio-
chiam. Accidit autem ut annum totum
consuetudinem agerent cum ea cōgre-
gatione, docerentq; turbam multam, et
discipuli cognominarentur primū An-
tiochiae Christiani.

Quomodo uocabantur Christiani antea?
Prius dicebantur fratres & discipuli.
Hic

C A P V T X I.

Hic Antiochiae sortiuntur nomē Christianorū, à Christo magistro & saluatorē unico, hoc c̄ est nostrum cognomen, non citra rationem, sed ex Dei ordinatione nobis datum.

Eſtne etiam hoc nomen consolatorium? Sic: In oībus afflictionibus. Nā Mefiah Hebraicē eſt, ḥ̄isōs Græcē, unctus Latinē, ein gesalbter Rūnig, Germanicē. Hinc dicti sumus nos uncti Christiani, nō ſicut Regum ferui, ſed regis regum vīm amiciet uratres. Nam cum Christo omnia cōmunia habemus, etiam nomē eius sanctum & beatū. Si ergo Christianus adfligitur à diabolo, mūdo, tyranis, recordetur ſui nominis, quōd filius Dei, Christi frater, & cohæressit, certō alſequetur consolationem & lætitiam in corde, & cōſcientia: ſi extimescat ad peccatum, mortem, et infernum, recordetur ſui nominis, & accipiet consolationem. Nā in Christo diabolus, mors, peccatum, & infernum delentur, et absorben- tur, ut ſcintilla ignis in immēlo pelago,

ACTVVM APOST.

modo fide persistamus, & diabolo in
hil loci relinquamus, nec etiam cum peccatis
fœdus ineamus.

Quid dicit Lucas de Propheta Agabo?

Ita ait: In his autem diebus superuenientur in urbem Hierosolymorum Prophetæ Antiochiam, surgensque unus ex eis, nomine Agabus, significabat per spiritum, famem magnam futuram in toto terrarum orbe.

Quo tempore fuit prædicta famæ?

Sub Claudio Cæsare. De qua & Suetonius scribit, dicens: Cæsar Claudius aliquando obambulauit in foro Romæ, & premebatur a pauperi populo & mendicis, & ita molestabatur murmurationibus, & obruebatur, ut difficulter per posticam in regium suum palatium concedere daretur.

Vnde erat ista famæ?

Illa famæ erat plaga, & poena à Deo immissa, propter populi ingratitudinem, qui tam ineffabilem Euangeliū lucem leue quiddā existimabant, nec se à gentilibus

C A P V T XI.
tibibus sceleribus, utpote ueneficijs, Ido-
latrijs, impudicitijs, & similibus, cōuer-
tebant ad Deum, diuinasq; ordinatio-
nes.

Quid agebant Christiani in ea fame ?
Discipuli, inquit Lucas, prout cuiq;
suppetebat, proposuerāt in subsidium
mittere habitantibus in Iudaea fratri-
bus: quod & fecerunt, mittentes ad se-
niores per manum Barnabæ ac Sauli.

Idem obseruatur hoc tempore in fame ?
Nihilominus: Quamprimum auarii
intelligunt imminere famem, bone De-
us, quæ surgit collectio, & repositio ?
Non quòd in necessitatibus inopi sub-
uenire uelint, sed ut excorient & diripi-
ant, Ut Propheta Amos 5. scribit, ca-
pi.s.graphicè. Hi Christiani non ita fe-
cerunt, sed alter alteri in necessitate ad-
suit, & de Māmona suo amicos sibi fe-
cerunt apud Deum, qui tandem etiam
ipsos suscipiet in sua tabernacula, in
uitam æternam.

Amen.

L;

ACTVVM APOST.

CAPVT XII.

Quid nobis hoc caput proponit?

TRIA. Primō, quomodo Herodes Iacobum occiderit, & Petrum cœperit. Deinde, quomodo angelus Dei Petru ex captiuitate liberarit. Tertiō, quomodo Rex Herodes uita defunctus sit.

Quis erat iste Herodes?

Eruditi tres introducunt Herodes. Primum, Ascalonitā, q̄ infantulos innocentes occidebat, is maximus tyrannus erat, non parcens quoq; proprijs liberis. Ut Cæsar Augustus soleret dicere, semelle Herodis suem esse, quam eius filium. Secundum, Antipas, is erat adulter, habebat fratris uxorem secum, quem cum Ioannes Baptista castigasset, occidetur ab ipso. Tertium, Agrippam, cognomine filiū Aristobuli, qui à Cæsare Claudio regnum Samariæ & Iudeæ conseq̄ebatur. Hic Iacobum occidetur, & Petrum capiebat.

Quis iste Iacobus erat?

11

C A P V T . X I I .

Ita Lucas ait: Eodem tempore iniecit
Herodes rex manus, ut affligeret quos-
dam de ecclesia. Occidit autem Iacobū
fratrem Ioannis gladio: uidens autem
quod gratum esset Iudæis, perrexit cō-
prehendere & Petrum.

At qui pax regnabat in ecclesia, unde ergo
tam repente persecutio illa Christianorum?
Christianæ ecclesia se in morem tem-
pestatis in Aprili, habet, quæ est incons-
tans, mutatur ferè in singulas horarum
uices, iam ningit, iam pluit, iam sol splē-
det, iam nubibus obducitur. Adeun-
dem modum in prīmæua ecclesia fuit,
Christus prædicabat in Iudæa & Galis-
læa in pace ad 3. annos unā cū dimidio.
Deinde ingruerat tempestas, Christus
captiuabatur, cruci adfigebatur, et occi-
debatur, sed ista tēpestas citò euanelce-
bat, Christus resurgebat à mortuis,
ascendebat in cœlum, mittebat spi-
riuum suum sanctum: hic splendet sol,
hic gaudio perfunduntur Christiani.
Sed in ictu oculi audiebantur tonitrua,

ACTVM APOST.

& fulgura, cæteri Christiani persecutio-
nem sustinebant : sed & hæc calamita-
tas desinebat, sol rursus nubes profligau-
bat, Samaria accipiebat sermonem Do-
mini, Saulus acerrimus Christianorum
hostis & persecutor, conuertitur. Da-
mascus, Lydda, Ioppe, & altæ ciuitates,
accipiunt Euangeliõ, Tandem & gen-
tes conuertuntur ad Christum, Corne-
lius, & tota eius domus. Et omnia pro-
sperè succedunt, Vt & discipuli nouo
nomine gaudeant, Antiochiæ adepto,
uocati sunt Christiani.

Durat hæc pax diu ?

Quoniam in terra nihil diuturnum,
rurus sol inuoluebatur nubecula, He-
rodes persequitur Christianos, Jacobū
occidit, fratrem Ioannis, Petrum capit.
Erat autem pascha. Apprehenso ergo
ipso, coniecit in uincula, & tradidit
psum quatuor quaternionibus afferua-
dū uolens post pascha producere eum
populo.

Quid

C A P V T XII.

Quid causæ erat Herodi, ut Christia
nos persequeretur?

Quia Euangelion est lux gratiæ, & il-
luminat corda humana, denudat omnē
hypocrisim cordis & malitiam, castigat
omnia uitia & prauitates, ad summum
ergo criminatur. Si uerbum Dei quē
uis uiuere permitteret secundum suum
animum, & nemini consilia iniquitatis
disturbaret, nihil scrupuli & periculi re-
linqueretur. Iam uero cūm quemq; in
astutia sua & nequitia apprehendat, &
carpat, omnis mūdus ipsum exosus est,
præsertim magni, diuites, sapientes, &
potētes homines. Omnia magna sunt,
magnifica & preciosa, quæ aduersus
Christum sunt. Aiunt: Ursus libenter
lingit mel. Hoc est, Satan deliciatum sto-
machum habet, deuorat optima quæq;
in terris. Vnde illa diateria sunt: Prin-
ceps est caro ferina in cœlo. Diu in au-
la, diu in inferno. Herodes in gratiam
Iudeorum etiam uolebat periculum fa-
cere in Christianis, ut etiamdum hodie

A C T V V M A P O S T .

fit, ut princeps in principis gratia Christum persequatur.

Qui d'interea agebant Christiani, quo
Petrus captiuatus erat?

Precatio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo.

Quare sine intermissione?

Res ita geri uidebatur, quasi noua eccllesia omnino peritura esset. Quum Petrus, cui claves regni coelorum, & Apostolatus erat commissus, siue cura gregis, in carcere detineretur, inter milites unctus catenis, et custodibus circundatus, famam sententia de ipso lata erat cruenta. Festum tantum paschatis Iudeis scrupulose injiciebat. Deinde uero infirmior & impotentior etiadum erat congregatio Christianorum, quod ut Herodi resistenter, & ui Petrum ex carcere eximerent. Quare magis magis Christiani se ad Deum couertunt, & deprecantur mala Petri. Deuota oratio ipsorum, que per nubes penetrabat, erat ipsorum propugnaculum, gladius, & tormenta contra hostem.

hostem. Sciebant Deum promisisse ex
auditionem, ubi cuncti inuocaretur spi-
ritu & ueritate. Quod si ergo coelum pre-
catione reserare possunt, multo magis
uincula Petri queunt per rumpere.

Quomodo Petrus soluebatur?

Quum autem producturus eum esset
Herodes, in ipsa nocte dormiebat Pe-
trus inter duos milites, uinctus catenis
duabus, & custodes ante ostium custos
diebant carcere. Et ecce angelus Do-
mini astitit, & lumen refulsi in habita-
culo: percussaque latere Petri excitauit
eum, dicens: Surge uelociter. Et excide-
runt catenae de manibus eius. Dixit autem
angelus ad eum: Præcingere & subliga-
soleas tuas. Et fecit sic. Et dicit illi: Cir-
cunda tibi uestimentum tuum, & sequere
me. Et exiens sequebatur eum, & nescie-
bat quod uerum esset quod siebat per an-
gelum, sed putabat se uisum uidere. Cum
autem præterissent primam ac secun-
dam custodiam, uenerunt ad portam fer-
ream, que ducit in ciuitatem, que ultro
aperta

ACTVVM APOST.

aperta est eis. Et ex eunt processerunt
vicum unum, & continuo discessit an-
gelus ab eo.

Quid nos hæc historia docet?

Quod Deus non prius auxilio suo
nobis adsit, quam maxima ingratua-
cessitas. Dicitur enim Adiutor in oport-
unitatibus, in tribulatione. Verus pa-
tronus, & sustentator. Vt 107. Psal. ha-
bet: Confringit æneas fores, &c. Et
Psal. 146. Dominus liberat captiuos, &
educit eos secundum desideria eorum
& gemitum. Et hic exemplum est, ut
pro captiuis oremus, ut Deus ipsos be-
nignè liberare, & iuste vindicare uelit,
ac eripere ex omni afflictione & angui-
stia. Videmus præterea hic etiam, quid
Deo omnia sint possibilia. Videbatur
aliquandiu quasi nunquam Petrus pos-
set liberari. Iam adest angelus, & soluit
ipsum ex Herodis & omnium Iudeor-
um tyrannide nephanda.

Quare Dominus Petrum soluit, &
eobam occidi permittit?

Occula

C A P V T X I I I

Occulta sunt Dei iudicia. Et Dominus nolebat nuper Christianos factos nimium exercere. Nam quemadmodum Paulus ait. 1. Cor. 10. Deus fidelis est, qui neminem permittit tentari supra id quam quod ferre potest.

Sed quid de Petro siebat, cum libera
tui esset?

Sic dicit S. Lucas. Petrus ad se reversus dixit: Nunc scio uerè, quòd misserit Dominus angelum suum, & eripuerit me è manu Herodis, & ex omnibus expectatione plebis Iudeorum: rectò per pensa uenit ad domum Mariæ, matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, ubi erant multi congregati & orantes. Cum pulsasset autem Petrus ostium vestibuli, processit puella, ut subauscultaret, nomine Rhode. Et ut agnouit uocem Petri, præ gaudio non aperuit uestibulum, sed introcurrens renunciavit stare Petrum ante uestibulum. At illi dixerunt ad eam: Insanis. Illa autem affirmabat, sic se habere. At illi dicebant: Angelus

ACTUVM APOST.

gelus eius est. Petrus autem perseverabat pulsans. Cum autem aperuissent, derunt eum, & obstupuerunt. Cum in nūisset autē eis mota manu ut tacerent, narrauit illis, quomodo dominus eduxisset ipsum de carcere. Dixit autē: Nunc ciate Iacobō & fratribus hæc. Etegrus abiit in alium locum.

Orabānē etiam de nocte?

Sic: Necētias etiam orare docet, & ad Deum clamare. Sed uide, noui hi Christiani cōueniunt, & deprecantur de nocte, Nōs uerò qui in Christiano climate suscep̄ti sumus, uix in die cogregamur ad orationem. Atq; licet denōcēt conuenissemus, non agitur de oratione, sed de crapula & ebrietate. Quātumuis etiam cœca immineat necētia tis calamitatisq; tempestas.

Cum metuebant sibi, cūm Petrus fores pulsaret, quorū de Petro addubitatabant?

Quoniam Herodes præcipuū quendam Apostolorum, Iacobum scilicet, occidisset, deinde etiā Petrum captiuasse, etiam

C A P V T XII.

etiam animo occidendi ipsum, tanto tamen
more obruti erant, ut ad quamvis horu-
lam impetum Iudæorum timerent. Et
haud incredibile est, quum Petrus pul-
sasset fores, quin putarint Herodis quæ-
dam famulum adesse cum Iudæis, ipsos
occidendi caussa. Sed hæc angustia &
metus, citò ad Petri aduentum, in ma-
gnum gaudium commutabatur.

Quare Petrus uult hæc Iacobo &
cæteris fratribus adnuntiari?

Non propter inanis gloriola pruri-
tum, sed ut Dei benignitas & misericor-
dia manifestetur Iudæis pariter & gen-
tibus. Utque conturbati Christi consola-
tionem inde accipiant, Deum laudent,
exollant, & gratias ipsi agant.

Quare Petrus in aliud se locum cōstrebatur?
Quando sine Euangelij scando, ty-
rannis nos subducere possumus, facien-
dum est, nec Deus tentandus.

Quid uero fit de custodibus?
Vbi diluxit, dicit Lucas, erat turba-
tio non parua inter milites, quidnam
accidit

ACTIVVM APOST.

accidisset Petro. Herodes autē cūm res
quisisset eum, nec inuenisset, examina-
tis custodibus, iussit eos duci: descend-
ensq; à Iudea Cæsaream, ibi commo-
ratus est.

Quid imputandum erat custodibus,
quod Petrus à domino liberaretur?

Erant fortasse Herodi suspecti, qua-
si Petrum emisissent. Et etiam si hoc nō
existeret, tamen istam pœnam coram
Deo commeruerant, quia impio Re-
gi aderant in persequendo Christia-
nos, & innocentem sanguinem effun-
dendo.

Quid uero Regi fiebat?

Herodes erat infensus Tyrījs & Si-
donijs. At illi uno animo uenerunt ad
eum: & persuaso Blasto, qui præter
cubiculo regis, petebant pacem: co-
quod aleretur regio ipsorum annona
regia.

Quare infensus erat Tyrijs & Sidon-
ijs, uiciniis suis?

Commune malum est in terris, utra-
pi

C A P V T XII.

ro vicinis inter se cōueniat. Præsertim magnis & potentibus dominis, aliquā do propter semī pcedem fundi, aut aliam leuiculam cauſulam.

Quare pro pace orant?

Propter commatum & uentrem, ut adsolent gentiles. Nos Christiani pacem habeamus non tantū cum uicini, sed cum omnibus hominibus, quantum fieri potest, Nec propter uentrem, sed propter Christum.

Quemnam Herodes finem sortitur?

S. Lucas ita scribit: Statuto autem die Herodes uestitus ueste regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat: Vox Dei, & non hominis. Confestim autem percussit eum angelus Domini, eo quod non dedisset gloriam Deo: & erosus a uermibus, expirauit.

Quare ipsum angelus Domini percutiebat?

Propterea quod istam Dei blasphemiam à populo ferret, nec Deo gloria

M

ACTVM APOST.

daret. Ideo tam horribili debebat ad fid
supplicio, ut uermes uiuum eroderent,
nec quisquam circum ipsum foetorem
ferre poterat. O amici clamabat, quam
exiguus Deus ego sum. Ecce Deus ue
ster mori cogitur. Et sic emittebat spir
itum, & accipiebat dignam factis suis
mercedem.

Quomodo autem res Christianorum
succedebat?

Sermo Domini crescebat, ac multi
plicabatur. Barnabas autem & Paulus
reuersi sunt Hierosolymam, expletio mi
nisterio, assumptio & Ioanne, cui cognos
men erat Marcus.

CAPVT XIII.

Quae hoc capite continentur?

TRIA. Primō, per quos Euangeli
um diuulgatum sit. Deinde in qui
bus locis. Tertio, quid istis acciderit.

Quos Euangelium ergo hoc propagā
sitt

S. LU

C A P V T . X I I I .

S. Lucas recenset hic quosdam viros
 primarios prophetas & doctores, dis-
 cens: Erant autem quidam in ecclesia,
 quæ erat Antiochiæ, prophetæ & do-
 ctores, Barnabasq; & Simon, qui uoca-
 batur Niger, & Lucius Cyrenensis, &
 Manahen, qui erat Herodis tetrarchæ
 collactaneus, & Saulus. Vide, hic He-
 rodes, Pilatus, summi sacerdotes et Pha-
 risæi, adhæc uniuersa Iudæorum Syna-
 goga , omnino cogitabant de suppri-
 mendo Euangelio, sed Dei consilium
 longè diuersum erat, ut per Esaiam 55.
 ait: Cogitationes meæ, non sunt cogi-
 tationes uestræ . Et meæ uiae , uestræ
 uiae non sunt, dicit Dominus. Sed quā-
 tò altius est cœlum terra, tanto altiores
 etiam uie meæ uestris sunt, & cogitatus
 mei cogitatibus uestris . Id & hic con-
 firmat. Quo magis Christianos perse-
 quuntur , eo magis semper Christiana
 religio augetur, Non apud Iudæos tan-
 tum, sed & gentiles . Habebat se res
 cum Euangelio, ut cum magno aliquo

M . 2

ACTVVM APOST.

flumine quod exundauit , quamuis il-
lud uno in loco arceatur et reprimatur,
tamen in alio erupit , & proxima qua-
pleno alveo secum trahit , & omnia re-
plet . Euangelion enim Christi aliter no-
fluebat , ex Hierosolyma in finitimas Iu-
dæc ciuitates & Galilæę , deinde exlu-
dæa etiam in uniuersum terrarum or-
bem .

Quare S. Lucas facit mentionem Ma-
nahen , & dicit : quod Herodis colla-
ctaneus fuerit :

Refert hanc rem tanquam miracu-
lum aliquod Dei . Nam sicuti Moses
maluit esse apud Dei populum , pueros
Islaélitos , quam in aula apud Pha-
raonem , ubi enutritus erat , Ita et Mana-
hen facit . Quā audiret , quod Christus
misericordia peccatoribus propitius esset , co-
ueniebat etiam , relinquebat uitam au-
licam , & impiam gentium conuersatio-
nem , & fiebat Christianus . Hicq; uide-
mus nullum esse in terris statum , in quo
Deus non & suos habeat . Quum autē
Domino

C A P V T X I I I .

Domino sacrificarent, ieiunarentq; di-
xit Spiritus sanctus : Segregate mihi
Barnabam & Saulum in opus ad quod
accersiui eos. Cumq; ieiunassent & oras-
sent, imposuissentq; eis manus, dimise-
runt. Prius Paulus clam in spiritu ad
Apostolatum uocatus erat , in itinere
Damasceno. Actu. 9. Hic aperte uoca-
tur per discipulos & Christianam eccle-
siam , idq; eo ipso etiam tempore , quo
Domino inseruerint, & ieiunarent.

Quis iste cultus fuit, legerunt horas

canonicas, uel Missas celebrarunt?

Neutrum horum. Primum Euange-
lium prædicarūt, & scripturam sacram
auditoribus proposuerunt.

Deinde baptismum, & cœnam Do-
mini omnibus, qui cupiuerunt, submi-
nistrarunt, nō ad Papisticum modum,
sed secundum institutionem ipsius Chri-
sti.

Tertiō uerò etiam eleemosynas col-
legerunt ad pauperum sustentationem,
contra futuram famem, quam Prophe-

ACTVVM APOST.
ta Agabus prænunciauerat.
Quartò, ieiunabant, & orabant una
nimiter in ecclesia.

Qur ieiunabant?

Non quòd per hoc peccata abluere
vellent, & Dei gratiam consequi, sed ut
idonei & habiles ad orationem exis-
tent, & ad cœnam Domini sacrosan-
tam. Nam plenus uenter, non satagit
officium suum libenter, ut in ebriis
uidemus.

Quid ex hac historia discimus?

Principiō, ne quisq; non uocatus do-
ceat, aut in ecclesia prædicet, Nemo si-
bi ipse arroget gloriam, sed expecte do-
nec à Dño uocetur, ut Aaron. Hebr.⁴

Secundò, à Deo debemus petere &
accipere prædicatores. Vt ipsem Chrl-
stus ait, Matt. 9. Messis est copiosa, sed
pauci sunt operarij, quare rogate Dñm
messis, ut mittat operarios in messem su-
am. Vnde extant consecrationū ieiuna-
tiones, quòd eo tempore ecclesia Chris-
tiana Deum orauerit, utili qui ab Epis-
copis

C A P V T X I I I .

scopis iniciati essent sacris, bene sese exhiberent, & Christianismo prodeffsent.

In quibusnam locis hi Christiani prædicarunt
Sic dicit S. Lucas: Et ipsi quidem emissi à Spiritu sancto abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt in Cyprum. Etcū essent Salamine, annunciauerunt sermonem Dei in synagogis Iudeorū. Habebant autem & Ioannē ministrum. Et peragrata insula usq; ad Paphum, inuenierunt quendam magum pseudoprophe tam Iudeum, cui nomen erat Bariesu: qui erat cum procōfule Sergio Paulo, viro prudente. Hic accessit Barnaba et Saul, desiderabat audire sermonem Dei.

HIC INCIPIT PERE-
grinatio Pauli , ut ordine à
Luca descripta est.

Quare tam graphicè Lucas describit

Pauli peregrinationem?

V T ostendat insignem ipsius diligentiam & curam, quam unā cum

ACTVM APOST.

adiutoribꝫ suis in Euangelij ministratio exhibuit. Vult nos ita admonere, ut & nos nostræ uocationi uacemus, quia tumuis humilis, & abiecta ea sit.

Potesne Christianus peregrinari, quum & Paulus hinc inde peragrit?

Peregrinatio uaria est. Quidam proficiscuntur per mare & terram, ut negotia sua tractent, & uictum nanciscantur. Alij peregrinantur, ut artificia discant, aut percepta artificia exerceant, Non nulli iter faciunt amicos uisendis gratia, Non pauci etiam ut regionum et hominum mores speculentur. Quod si iam huiusmodi peregrinatio in tide fit, in dilectione proximi, & secundum Dei mandatum quis in sudore uultus sui uescatur pane, nihil nocet.

Quid uero quum ad Compostellam abiuit?

Hæc peregrinatio gentilis est & Idiotrica, creaturas concernens, cōtemporanea neglecto Christo unico mediatore, item

C A P V T . X I I I .

Item quæ ex auaritia, superstitione & li-
bidine suscipitur.

Quid discipulis in Cypro accidit?

Prius audistis persecutionem Chri-
stianorum, quæ per gladium est facta:
Nunc uero sequitur, quomodo perse-
quantur eos impi mendacijs, uenefi-
cij, magicis artibus, & superstitioni-
bus.

Quid agit hic Magus iste?

Primū uocat se Bariehuh, hoc est,
filium Dei: & Elymam, hoc est, Regē
Dei, Messiah, uel unctum. Nam Iu-
daei plerumq; istiusmodi magnificis &
pomposis nominibus & titulis gaudēt,
Et ex isto Magorum genere est, de qui
bus Christus Matth. 24. ait. Multi sub
meo nomine uenient, & dicent: Ego
sum Christus, & multos seducent. Se-
quuntur in hac parte patrem suum men-
dacionum, Satanam, qui persæpè se in
angelum lucis transformat. Ut apud S.
Paulum habetur.

Secundo inuit familiaritatem cum præ-

ACTVVM APOST.

fide Sergio Paulo, apud hunc speratē
habiturum certum aliquod præsidium,
ut omnes pseudoprophetę adsolent, do-
ctrinæ dæmoniorum, mendacia, & er-
rores, istiusmodi quærunt præsidia,
Dei uerbum, & ueritas non itidem.
Verūm præses erat uir cordatus, uides
bat gratiam Dei in Paulo & Barnaba,
Ideo hosce ad se uocat, & audit uerbum
Dei ex illis.

Quid ad hæc facit Elymas?

Magus Elymas resistebat Paulo, &
cogitabat ut solicitaret præsidem ad de-
ficiendum à fide. Saulus autem qui idē
Paulus, repletus Spiritu sancto, inten-
tis in eum oculis, dixit: O plene omni-
dolo & omni uersutia, fili diaboli, inti-
me omnis iusticiæ, non desinis inuertere
uias Domini rectas? Et nunc ecce ma-
nus Domini super te, et eris cœcus non
uidens solem usque ad tempus. Et con-
festim cecidit in eum caligo ac tenebre,
& circumiens quærebat, qui se manu-
duceret.

C A P V T . X I I I .

An non hoc ingens & stupendum Dei
miraculum est ?

Sic sane : Magus fit cœcus , Præses
illuminatur . Incredulitas Magum ex-
cœcat , fides præsidem illuminat . Quia
enim præses miraculum uidet , credit ,
& admiratur doctrinam Domini .

Quid ex eo descendunt nobis est , quod
Paulus ait : Magum per aliquot dies
solem non uisurum ?

Vult eo indicare , quod poenæ cor-
porales à Deo inflictæ non semper æ-
ternæ sint , sed temporaneæ , non ad in-
teritum , sed ad emendationem . Dicit e-
nīm per prophetam : Sicut uiuo , ait Do-
minus , nolo mortem peccatoris , sed ut
conuertatur , & uiuat . Ita & S. Paulus .
Cor . 5 . eum qui cum nouerca rem habe-
bat , tradidit Satanæ ad interitum car-
nis , ut spiritus saluus fieret in die Do-
mini Iesu . Si modò peccatum agnosce-
ret , & conuerteretur , nouaq; creatura
fieret , quem & deinde recipi iubet , in
secunda ad Corinthios .

Prost.

ACTVVM APOST.

Proficisci turne Paulus longius ab Iulie Cypro?

Sic inquit S. Lucas: Cum autem Papho soluisset Paulus, qui cum eo erant, uenerunt Pergen Pamphyliæ. Ioannes autem digressus ab eis, reuersus est Hierosolymam. Cæterum ipsi per gratis regionibus, à Perga uenerūt Antiochiam Pisidiæ. Discipuli faciunt, ut centuriones in bello, Hic cum unam occiperunt ciuitatem, mox aliam aggre- diuntur, mox aliam, donec omnibus potiantur: Ita Paulus & Barnabas peregrinantur, ab una in aliam ciuitatem, ab una regione in aliam, & prædicant Euangelium, donec multos populos Christo lucrifaciant.

Quid agebant Antiochiae Pisidiæ?

Ingressi sunt Synagogam die sabbatorum, sed erunt. Post lectionem autem legis ac prophetarum miserunt principes synagoge ad eos, dicentes: Viri fratres, si quis est in uobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Hic considera-

quam

C A P V T X I I I

quām pulchrum ordinem Iudæi in sy-
nagogis suis seruauerint. Non in uno
loco orarunt, in alio garriuerunt; non
in uno loco legerunt, in alio uerò canta-
tunt; nō hic Missam de uiuis, illuc pro
defunctis cecinerunt: non hic Rorate,
illuc requiem, ut apud nos turpis quædā
confusio fuit in papatu. Hoc in loco Ius-
dæi modestè considerunt, unus ad le-
gendum surrexit, cæteri summo cum si-
lentio & reuerentia auscultarunt, ut &
S. Paulus docet.

Quid hac in uocatione Paulus age-
bat?

Surgebat, & manu silentio indicto,
ait: Viri Israëlitæ, & qui timetis D^e
um, audite: Deus populi huius delegie
patres nostros, & populum in altum ex-
tulit, cùm essent in colæ in terra Aegy-
pti, & brachio excelsø eduxit eos ex ea:
& circiter quadraginta annorum tēpus
mores eorum sustinuit in deserto. Ac
deletis gentibus sepiem in terra Chana-
an, sorte distribuit eis terram eorum. Es-
post

ACTVVM APOST.

post hæc annis circiter quadringentis,
quinquaginta dedit iudices usq; ad Sa-
muel Prophetam. Et exinde posse
lauerunt regem: deditq; illis Deus Saul
filium Cis, virum de tribu Benjamin, an-
nis quadraginta. Et amoto illo, susci-
vit illis David ut esset rex, cui testimo-
nium reddens, dixit: Inueni David, filium
Iesse, virum secundum cor meum, qui fa-
ciet omnes uoluntates meas. Huius ē i-
mine Deus, ita ut promiserat, adduxit Is-
raëli seruatorem Iesum, cùm ante predi-
casset Ioannes ante faciem introitus eius
baptismum pœnitentię Israëli. Cùm au-
tem impleret Ioannes cursum, dixit:
Quem me arbitramini esse? Nō is sum
ego: sed ecce uenit post me, cuius non
sum dignus soleam pedum soluere. Vi-
ri fratres, filij generis Abrahæ, & quin in-
ter uos timent Deum, uobis sermo salu-
tis huius missus est. Qui enim habitas
bāt Hierosolymis, & principes eorum,
cùm ignorarent illum, & uoces prophē-
tarum, quę per omne sabbatū leguntur,
condemna

C A P V T X I I I .

condemnato eo impleuerunt : nullaque
cauſa mortis inuenta, petierunt à Pilato, ut interficeret illum. Cumque cōsum
massent omnia quæ de eo scripta erant,
depositum de ligno, posuerūt in monu
mento . Deus autem suscitauit eum a
mortuis : qui uifus est per dies multos
his, qui ſimul ascenderant cum eo a Ga
lilaea Hierosolymam, qui ſunt testes e
ius apud plebem. Et nos uobis annun
ciamus, quòd eam reprobationem, que
ad patres facta eft , Deus adimpleuerit
filii illorum, nimirum nobis, resuſcita
to Iefu : ſicut & in Psalmo primo scri
ptum eft : Filius meus es tu , ego hodie
genui te. Quòd autem ſuscitauit eum a
mortuis , iam non amplius reuersurum
in corruptionem , ita dixit ; Dabo uo
bis sancta Dauid fidelia . Ideo & alia
dicit : Non permittes ut sanctus tu
us uideat corruptionem. Nam Dauid
quidem cum ſuæ ætati inſeruiffet con
ſilio Dei, dormiuīt : & appofitus eft
ad patres ſuos, uiditque corruptionem.

At

ACT VVM APOST.

At is quem Deus suscitauit, non uidit corruptionem. Notum igitur sit uobis uiri fratres, quod per hunc uobis remissio peccatorum annuntiatur, & ab omnibus, a quibus non potuistis per legem Moysi iustificari, per hanc omnis qui credit iustificatur. Videte ergo, ne superueniat uobis, quod dictum est in propheticis: Videte contemptores & admirantes, & euanescente: quia opus operor ego in diebus uestris, quod non credetis, si quis enarrauerit uobis.

Quid agit S. Paulus in hac predicatione?

Pertotam scripturam transcurrit, & sex in hac concione ostendit.

Primo, bonitatem Dei recenset, gratiam, & misericordiam, ut populum Iudaicum in proprietatem adsciverit, & sub ingenti fame, quae tempore Josephi erat, in Aegyptum transtulerit, & ut elapsis trecentis annis iterum eduxerit ipsos per Mosen, utque in mari rubro omnes Aegyptios submerserit.

Deinde

C A P Y T . X I I I .

Deinde, quomodo Deus ipsorum in
obedientiam, incredulitatem, murmu-
rationem & rebellionem, quadraginta
annis in deserto tulerit, & non secundū
eorum inobedientiam cum ipsis ege-
rit, sed ex immensa misericordia per o-
mne illud tempus Manna sustentauet
& aqua ex petra prorumpente pota-
uerit: pro ipsis contra hostes Amalechi-
tas, Moabitæ, & Amonitas certaues-
rit, legem in duabus lapideis tabulis de-
derit, & in tabernaculo egregium Dei
cultum instituerit.

Tertiò, quomodo Deus ipsos, post
quadraginta annos, per Iordanem tra-
duxerit, & septem gentium populos,
nempe, triginta & unum Reges in eos
rum cōspectu fuderit, & totam terram
Chanaan in ipsorum possessionem &
ditionē subdiderit, & in duodecimtri-
bus Israēl distribuerit.

Quartò, quomodo Deus post pro-
phetā Mosen iudices ordinauerit, nem-
pe losuam, Iudam, Gedeonem, Samso-

N

ACTVVM APOST.

nem, &c. qui ipsos quadringentos annos iudicauerunt, usq; ad Prophetam Samuel. Vbi etiam, secundum gentium morem, proprium regem habere uolebant, & Saulem à Deo accipiebat, de tribu Benjamin, qui quum Deo in obediens existeret, à regno amouebatur, in bello à Philistæis occidebatur, & David in eius locum à Deo in Regem electus tandem est.

Quintò, quomodo Deus Davidis semen promiserit, qui in æternum occupare debebat sedem patris sui, & regnare, nec ullus finis esse regni eius. Et refert hanc promissionem diuinam ad Iesum Christum, filium Mariæ, quem Iohannes Baptista digito quasi monstrauit, & in Iordanе baptizauit, & quem Sacerdotes summi, Pharisei, Scribæ, & totus Iudeorum populus, cruci adfixit, & occidit. Et postquam is sepultus fuit, excitauit eum Deus tertia die à mortuis, qui etiā deinde se discipulis suis quadraginta diebus manifestauit, cibum cum

C A P V T X I I I .

cum his sumpsit, & tandem in cœlū glo-
riose ascendit, & regnat cum Deo pa-
tre in Spiritu sancti unitate in omne ē-
tūm.

Sextō, Paulus sermonem suum ad
Iudeos conuertit, admonens eos, ut in
hunc Iesum Nazarenū, quem adnū-
ciant, credant, certè quod per ipsum iu-
stificationem, & omnium peccatorum
remissionem consequantur, quæ à Mo-
sis lege nullo modo accipere possent:
Nam Eſaias ait, capite 53. Per cognitio-
nem suam seruus meus iustus, multos
iustificabit. Hoc est, quod hic dicit:
Qui in hūc Christum credit, iustus est.
Vt & S. Paulus 1. Cor. 1. dicit: Christus
nobis à Deo factus & datus est sapien-
tia, iusticia, sanctificatio, & redemptio.
Atque hæc est summa totius doctrinæ
Christianæ, quæ segregat à Christiani-
smo omnem aliā religionem, & quem-
uis Deiculum hypocriticum.

Quī hoc?
Gentes putant se sacrificijs suis, quæ

ACTVVM APOST.

Idolis suis turpibus exhibent, iustos & saluos fore: philosophi per uirtutes morales, Iudæi per circumcisionem, opera & ceremonias legis: Turci per barbarum suum cultū, quem Mahometus dicit, Papistæ per opera sua, merita, iunia, preculas, peregrinationes, et alias externas ceremonias. Verum Christiani iustificationem, remissionem peccatorum, salutem, & uitam æternam querunt in fide, quæ est in hunc Iesum Christum.

Quid Paulus porrò facit?

Amicē ipsos ad fidem in Christum Iesum admonuit, nunc in sermonis fine adducit sententiā egregiam ex Prophetā Abacuc 1. Videte ergo ne superueniat uobis, quod dictum est in Prophetis. Quo ipsos admonitos esse uult diuinæ uindictæ, ne ipsis accidat, ut patribus suis, qui etiam per infidelitatem & ingratitudinem in Dei manus incubabant, ut de terra sua in Babyloniam usq[ue] transferrentur.

C A P V T X I I I .

Quis huius Paulinæ prædicationis
effectus extitit ?

Sic dicit S. Lucas : Egressis autem è
coetu Iudæis, rogabat gentes, ut sequen-
ti sabbato loquerentur sibi uerba . Solu-
to autem coetu, securi sunt multi Iudæi
& religiosi proselyti Paulum ac Barna-
bam : qui alloquentes suadebant eis ut
perseuerarent in gratia Dei .

Nemo hic Paulo resistebat ?

Sequenti uero Sabbatho, inquit S.
Lucas, penè uniuersa ciuitas cōuenit ad
audiendum sermonem Dei . Videntes
autem turbas Iudæi repletis sunt zelo, et
contradicebant his quæ à Paulo dice-
bantur . Quum S. Paulus prædicatione
suae instaret Antiochiz, ita ut non so-
lum Iudæi, sed & gentiles cōgregaren-
tur, incandescebant, exç inuidia resti-
bant, & conuiciabantur sermonibus
Pauli.

Quid ergo Paulus respondebat ?

Tunc sumpta fiducia Paulus ac Bar-
nabas dixerunt ; Vobis oportebat pri-

ACTVVM · APOST.

enim loqui sermonem Dei. Hoc Christus Matt. 10. sic mandauit: In ciuitates gentium ne abieritis & Samaritanoru, sed ad eos tantum, qui perditi sunt de domo Israël. Et deinde dicebat Matt. 15:
Non bonum est sumere pānem filiorū, & dare canibus. Vobis Iudēis Messiah saluator adparuit, apud uos suscep̄tis est, uobis prædicauit, & apud ægrotos uestrōs, cœcos, debiles, surdos, mutos, & leprosos multa bona est operatus: Sed indignā & iniustā ipsi persoluitis mercedem, crucifixisti eum, & occidisti. Tamen oīa remissa, si modò in eum credaris, et uerbum eius suscipiat̄is. Sed quoniam repellitis, & indignos uos iudicatis uita æterna, ecce couertimur ad gentes: sic enim nobis præcep̄it Dñs: Posuite in lucem gentium, ut sis salus usq; ad extremum terræ. Breuiet, uos Iuda: i Christum habere non uultis, nec uerbum eius. Abite ergo post Mosen uestrum, & uidete quid lege efficiatis. Hæc est ualedictio, quā Paulus incredu lis Iudæis dispensat.
Qui

C A P V T X I I I .

Quid autem gentes agunt?

Audientes autē gentes, gauisæ sunt,
& glorificabant sermonem Dñi, & cres-
diderūt quotquot erant ordinati ad ui-
tam æternam. Diuulgabatur autē sermo
Dñi per uniuersam regionē. Hic S. Lu-
cas indicat, quomodo agat quando uer-
bum prædicatur. Quidā lubenter audi-
unt, letantur in imo corde, laudāt et glo-
rificant Deū propter ineffabilem eius be-
nignitatē. Quidā respuunt, & à cōcio-
ne discedentes, nō tantum criminantur
uerbū, sed & uerbi præconē p̄sequun-
tur ad summū, nec quicq̄ gratiarū Deo
offerūt. Ita & hic siebat. Gentes mirum
in modū letabantur ppter Pauli uerba,
quod diceret, se in posterū in gentium
cœtu prædicatorem futurum & mini-
strum. Suscipiebant etiam ipsum sum-
macum reuerētia, et honorū delatione.

Quid uero Iudæi faciebant?

Iudæi extimulauerunt mulieres reli-
giosas & honestas, & primos ciuitatis,
& excitaerūt persecutionē in Paulum

ACTVVM APOST.

ac Barnabam, & eiecerunt eos de finibus suis. Dementes Iudæi concitauerunt Paulum duo hominum genera, Mulieres, & rectores populi. Non contenti erant, quod multum inuidiarum & insidiarum conflassent per mulieres, addebat & proceres ad Pauli & Barnabæ calamitatem. Nam per hæc duo genera hominum diabolus plurimum sicut contra Dei uerbum, & Deo dilectos homunculos. Certum enim hoc omnino est, & experientia rerum quotidiana & dat & fert, quod papistica mulier, uel Papisticus tyrannus saeuiores sint, & truculenteriores aduersus Dei uerbum, ac ipse Diabolus. Expellebat Paulum & Barnabam ex ciuitate, hæc meritis erat pro sana doctrina eorum. Ita remuneratur mūdus ministris diuini uerbis, ad hodiernum etiam usq; diem.

Quid agebant Paulus & Barnabas ? Illi excusso puluere pedum suorum in eos, uenerunt Iconium. Porrò discit puli replebantur gaudio & Spiritu san

go.

C A P U T X I I I .

io. Hoc Christus discipulis suis præcepit Matth. 10. Et quicunq; non exceperit vos, neg; audierit sermones uestrros, exeentes ex ædibus, aut ciuitate illa, excutite puluerem pedum uestrorum. Amen dico uobis. Tolerabilius erit terra Sodomorum aut Gomorrhorum in die iudicij, quam ciuitati illi. Per hanc excusionem pedum Christus significa reuult, quod apud huiusmodi contemnptores ueritatis non solum domus, areæ, uxores, liberi, familia, & pecora, mala et impia sint, sed & puluis platearū sit misledictus.

Quid ex hoc contextu descenduntur? Primò, quod iamdudum sint in libertate, qui debeat saluari. Nos debemus uerbum exercere, Deus addet auditores, & retinebit.

Secundò, ubi semel uerbum Dei expellitur, & hominum & dæmoniorum doctrinæ subrogantur, hic labor, hoc opus est, ut constantes & sinceri Christiani sint, & perseverent.

N s

ACTVV M APOST.

Tertio, licet pedum excusso ridicu-
la sit, tamen horribilem poenam repra-
sentat. Nam Christus ait: Vbi hoc fa-
ctum fuerit in ciuitate aliqua, peius illis
futurum esse, quam uel Zodomæ, uel
Gomorrhæ. Deus nobis gratiam largia-
tur suam, ut uerbum suum in honore ha-
beamus, & in eo reperiamur numero,
qui ad beatitudinem, & uitam æternam
ordinati sunt. Hoc concedat nobis De-
us in omne æuum. Amen.

CAPVT XIII.

Quid nobis hoc caput demonstrat?

PRIMO, quid commoditatis perse-
quuntio Pauli & Barnabæ operau-
sit, nempe ut Euangelium prædicare-
tur Iconi, et in tota regione Lycaoniæ.
Deinde quid Lystræ in Lycaonia mihi-
culorum & signorum ædiderint, scilicet
claudum à nativitatibus usq[ue] tempore
fanarint. Tertiò demū quomodo Pau-
lus denuo lapidatus sit, & Antiochiam
redierit.

Quid

C A P V T X I I I .

Quid ergo emolumenti Pauli & Barna
bē concio, Iconij habita, adserebat?

Factum est Iconij, dicit Lucas, ut sim-
mul introirent synagogam Iudeorum,
& loquerentur sic, ut crederet Iudeorū
simul & Græcorum copiosa multitua-
do. Videmus hic & mirum & uerum es-
se architectum Christum, Potest enim
ex hominum malitia multum admodū
boni producere. Ecquid summa & ex-
rema erat nequitia Euangeliū perse-
quic' Imō quid peius etiam fieri poterat?
Tāmē isto quidem medio Deus uteba-
tur, ut uerbū Dei longè latec̄q; in regio-
nes propagaretur. Sed nos mali artifi-
ces sumus, bonum enim in malum, &
candidum in nigrum cōuertimus. Atq;
istiusmodi prauum artificium à primo
nostro parente accepimus, ita ut nihil
aliud queamus, quam peccare, malum
cogitare, infideles, ingrati, superbi, a-
uari, inuidi, & liuidi esse, omniaq;
Dei dona peccatis nostris horrendis
inficere.

Da

ACTVVM APOST.

Da exempla.

Quotiescunq; Dominus populū
Iſraēliticum in deserto bonis adfice-
bat, ipsi abutebanur, murmurabant ad
uersus Deum, cōtra Mosen, & omnes
Prophetas, occidebant ipsos insuper
etiam, nō prophetas tantū, sed ipsum
omnium Prophetarum caput, Iesum
Christum. Non aliter & nunc mundus
facit, beatam & immensam lucem, quā
Deus ex mera gratia exoriri uoluit,
multī nec audire, nec uider e uel cerne-
re uolunt, latibula quærunt, in tenebras
se se abdūnt suarum hæresum, sectarū
& Papisticarum nōniarum, ut uesper-
tilioes & nycticoraces, criminantur
insuper etiam Deum ad immensam i-
psius gratiam & misericordiam. Ve-
rūm quid agas, sic fit de omnibus Del-
bonis & donis, & spiritualibus & cor-
poralibus, & æternis, & temporaneis.
Quod si Dominus dederit frumentum,
nescitur quām carē uendendum sit, Si
uinum, nesciunt quomodo demeter-
tūlent.

C A P V T . X I I I .

uelint. Quid uero tandem insequetur
nisi ira Dei & plaga? Quod si cohære-
des Christi esse cupiamus, desistendum
nobis omnino erit à peruerso isto artifi-
cio, & ex Christo magistro nostro, no-
num addiscendum. Specimina egregij
nostrj artificij, quæ ab Adā habemus,
inferorum sunt, nihilq; quicquam boni
in illis est. Abusus diuinorum honorū,
& diuinæ gratiæ maior est, quam ut
speranda sit melior conditio,

Resistebant etiam Paulo & Barna-
ba Iconij?

Qui increduli erant Iudæi, concita-
uerunt, & corruerunt animos genti-
um aduersus fratres. Hæc Euangelij
conditio est, ut semper persecutionem
sustineat, & omnes qui illud prædicāt,
quemadmodum apud Lucam est 21. Et
odio eritis omnibus propter nomen
meum.

Deterrebant ipsos hæc aduersitas?
Nequaquam. Multo enim tempore
demorati sunt fortiter agentes præsidio
Domini,

ACTVM APOST.

Domini, qui testimoniū perhibebat
sermoni gratia suæ, dabatq; ut signa &
prodigia fierent per manus eorum. Di-
uisa est autē multitudo ciuitatis: & qui-
dam quidem stabant à Iudæis, quidā ve-
rō ab Apostolis. Hic impleta est sen-
tentia Christi, Luc. 12. Putatis quod pa-
rem uenerim missurus in terras? Non
dico uobis ,imò separationem. Diuidet
tur pater aduersus filium, & filius aduer-
sus patrem: mater aduersus filiam, &
filia aduersus matrem: socrus aduersus
nurū suam, et nurus aduersus socrū suā.

Quo p̄tto Ieronio discedunt?

Quum factus esset impetus gentium
pariter ac Iudæorum una cum principi-
bus suis, ut uim adferrent ac lapidarent
eos, re intellecta, confugerunt ad ciuita-
tes Lycaonię Lystram & Derben, & fi-
nitimam undiq; regionem, & ibi prædi-
cabāt Euangelium. Agunt sicuti Chri-
stus ipsis constituerat, Matth. 10. Si uos
in una ciuitate persequuti fuerint, fugi-
te in aliam.

act

C A P V T X I I I I .

Quid faciebant in ciuitatibus Lycae
met

S. Lucas ait: Erat quidam uir Lystris
debilis pedibus sedebat, claudus ab ute-
to marris suæ, qui nunquam ambulaue-
rat, hic audiuuit Paulum loquentem.

Quid ergo loquebatur Paulus?

Prædicabat Euangelion, nempe, q[uod]
in uitribus nostris situm non esset, ambu-
lare in via Domini, ita, ut per nostra o-
pera & merita iustificari possemus. Sed
Deus pater proposuisset nobis, ex mera
misericordia, filium suum dilectum Ies-
sum Christum, in quem si uerè & syn-
cerè crederemus, per ipsius manū & po-
tentiam sanitatem & corporis & anime
haberemus. Hanc prædicationem debi-
lis audit & credit. Paulus autē intuitus
eum, & uidens quod fidem haberet, fo-
reut saluus fieret, dixit magna uoce: Sur-
ge in pedus tuos rectus. Et exiliūt, am-
bulabatq[ue]. Hoc miraculo S. Paulus con-
firmat sermonem suum & doctrinam,
ut Christus Marci ultimo dixit.

Quomodo

ACTVVM. APOST.

Quomodo ciues Lystra hoc signum
accipiebant?

Turbæ quum uidissent quod fecerat
Paulus, sustulerunt uocem suam Lycad-
nicē, dicentes: Dñs in specie hominum
descenderunt ad nos. Et uocabant Bar-
nabam Iouem, Paulum uero Mercuriu-
m, quod is esset dux sermonis. Sacer-
dos autem Iouis, qui erat ante ciuitatem
illorum, tauros & coronas ad uestibula
afferens, cum turbis uolebat sacrificare.
Deus uisibilem hunc mundum creauit,
ut per uisibilem creaturam aliquousque
ad cognitionem Dei inuisibilis & crea-
toris omnium creaturarum peruenire-
mus: Sed impleta est hucusque semper
Pauli sententia, ut homines commuta-
rent ueritatē Dei cū mendacio, & uen-
raretur & colerent ea quæ cōdita sunt,
supra ipsum conditorem. Cū enim se
crederent esse sapientes, stulti facti sunt,
mutaueruntq; gloriam immortalis dei
per imaginem, non solum ad mortalitatis
hominis similitudinem effictam, uenit
etiam

C A P V T . X H I I .

etiam uolatilium, & quadrupedum, &
reptilium. Hinc gentiles adorarunt ua-
rias creaturas, ut pote, solem, lunam, stel-
las, uolucres coeli, & cæteras animan-
tes. In eandem uesaniam incidunt hi
Lystrani, habent Paulum pro Mercu-
rio, & Barnabam dicunt Iouem, & uo-
lunt eis tauros & coronas immolare.

Quid autem Paulus & Barnabas ad
hec faciunt?

Vbi hoc audierunt Apostoli, Bar-
nabas & Paulus, cōscissis uestibus suis,
insilierunt in turbam, clamantes ac di-
centes: Viri, cur ista facitis? Nos quo-
que iisdem quibus uos, obnoxij malis
sumus homines, annūciantes, ut ab istis
uanis conuertamini ad Deum uiuum,
qui fecit coelum, & terram, & mare, &
omnia quæ in eis sunt: qui in præteris
tis ætatibus sinebat omnes gētes ingre-
di uis suis. Quanquam non experiem-
testimonij seipsum esse sinebat, dum be-
neficia conferret, de cœlo nobis dans
pluuias ac tempora fructifera, implens

O

ACTVM APOST.

cibo & lætitia corda nostra. Et haec dyl
centes uix compescuerunt turbas, ne si
bi immolarent. Mirum nobis uidetur
quod Lystrani ciues Barnabam et Pau
lum uolunt adorare, & ipsis immolare.
Verum si rem recta uia reputare ueli
mus, ipsis multo stultiores fuimus. Mul
to stultius de nostris sanctis egimus, Ni
mium ipsis exculimus, & in angustia
rum & calamitatum tempore inuocau
mus. Imò mortuis, ligneis, & saxeis sta
tuis, & mutis simulachris aurū, argen
tum, & sericum induximus, beryllis et
gemmais ornauimus, ferta & coronas
imposuimus, & quod quidem summa
coram Deo est abominatio, ad illa pro
strati sumus adorandi cauſa. Et licet
Deus pater solum per unigenitum su
um filium Iesum Christum, uerum me
diatorem, intercessorem, saluatorem, &
redemptorem subuenierit, tamen nos
impiè diuis adscriplimus. Si quis ex ca
ptiuitate liberatus est, fecit uel sanctus
Nicolaus, S. Petrus, uel sanctus Leons
hardus;

C A P V T X I I I .

hardus : sancta Anna, & sanctus Eras-
imus dabant diuitias. Sebastianus, Ro-
thus, & Martinus pestem auertebant,
& istiusmodi tricas innumerabiles con-
singebat stolidi homunculi. Barnabas
& Paulus adhuc in uiuis existentes no-
luerunt sibi diuinum exhiberi honore,
ti, multò minus nunc pati possent. Dul-
cissimi sancti , charissimi nostri fratres
sunt, & sorores charissimæ. Non nobis
propositi sunt, ut illos pro dijs habeas-
mus, sed ut Dei misericordiam, fauorē,
& benignitatem in ijs contemplemur,
& deprehendamus.

Compositi sic sunt Lystrani ?

Superuenierunt, inquit S. Lucas, qui-
dam ab Antiochia & Iconio Iudæi, qui
cum persuasissent turbis, ac Paulum la-
pidassent, extraxerunt eum è ciuitate,
existimantes illum mortuum esse . Cir-
cundantibus autem eum discipulis, sur-
rexit & intrauit ciuitatem. In hoc mun-
do agitur de Euangelio , sicuti de tem-

ACT VVM. APOST.

pestatisbus in nubib. cœli. Iam pluit, iam
splendet sol. Vix uenteris manum in-
gruit turbo & imber, Mox sol emeat
rursus, & cœlū clarescit. Sic & in Chri-
stiano orbe fit, iam pax regnat, cras per-
sequutio insequitur. Iam in ictu oculi
adflictio sublata, tyranni occisi, & Euani-
gelium in clarescit ubiqꝫ. Lystrani pa-
lo antē Paulum & Barnabam in cœlo
efferre uolebant, & ipsi throno Deo
mittere, iam adsunt Iudæi ex urbe Ico-
nio, & Antiochia, & efficiunt ut Pau-
lus lapidibus obruatur, & extra urbē,
ut cadauer, rapiatur. Hic cernitur, ut
uulgus adfectus sit, quam mutabilis, &
uarius, quamqꝫ ingratus existat. Dulci-
simus Paulus adest, & prædicat illis uer-
bum Dei largè, cupit ipsos restituere
uitæ æternæ, & regno cœlesti, ipsi ma-
lam uero mercedem rependunt, uolunt
eum lapidibus occidere: ut uerissimè di-
xerit, per multas tribulationes oportet
nos intrare in regnum cœlorum.

cauid

C A P V T X I I I .

Quid Paulus agibat post hanc perse
quitionem ?

Postero die profectus est cum Bar-
naba Derben. Cumq; Euangelizassent
ciuitati illi, ac docuissent multos, reuersi
sunt Lystram & Iconium, & Antiochiam,
denuo confirmantes animas disci-
pulorum, exhortantesq; ut perseuera-
rent in fide: & quod per multas afflictio-
nes oporteat nos intrare in regnum Dei.
Paulus per persequitionem in munere
suo robustior, & animosior redditur,
nec cruce deterretur, sed dictum Chris-
ti apprehendit, Matth. 24. Qui perse-
uerauerit usq; ad finem, saluus erit.

An & alios preter hos eligebam pre-
dicatores ?

Sic: Cum suffragijs creassent illis, inqt,
per singulas ecclesias presbyteros, pre-
catijs essent cum ieiunijs, commendauen-
tunt eos Domino, in quem crediderat.
In primæua ecclesia, Episcopos, Paro-
chos, Ecclesiastes, et Symmystas à Deo
accipiebant, & ieiunio & orationibus

ACTVM. APOST.

confirmabant, non multis ceremonijs,
& pomposis gesticulationibus. Qui os-
mnes idonei & apti existebant, cœlum
aperiebant, Dominoq; multas animas
adducebant. Sed nunc Episcopi, Praala-
ti, & pastores eliguntur secundum fa-
uorem, ac popularem auram, & multæ
eæq; pomposæ ceremoniæ obtrudun-
tur, sed paucæ precatio[n]es fiunt ad De-
um, ita idonei ergo & commodi esse so-
lent, ut scilicet cœlum alijs claudat, nec
tamen ipsi intrare queant.

Qyò proficiuntur Paulus porrò?

Peragrataq; Pisidia, uenerunt in Pa-
phyliam: & cum locutí essent sermonē
Pergæ, descenderunt in urbem Attalī-
am: & inde soluerunt Antiochiam, un-
de erant traditi gratiæ Dei in opus
quod compleuerunt. Cum autem uen-
nissent & congregassent ecclesiā, re-
tulerunt quæcunq; fecisset Deus secū-
& quòd aperuisset gentibus ostium si-
dei. Commorati sunt autem illic multo
temporis cum discipulis, Paulus & Bar-
nabas

C A P V T X V.

nabas redeunt Antiochiam, ubi à Spiritu sancto electi erant ad prædicandum gentibus Euangeliū, & recensebant discipulis, quidnam Deus per ipsos operatus esset inter gentes, Nempe quod multi gentilium creduli facti sint, & constituti in spe nascendi aeternam uitam, Amen.

C A P V T X V.

Quia de re tractat hoc caput?
DE primo concilio Apostolorum Hierosolymis habito.

Quid in hoc concilio agebatur?
Libertas conscientiarum, & sana doctrina Euangeliū sancti, de gratia Dei, & fide in Iesum Christum, quod sola fides, non autem opera (nec legis quoque) iustificet & quod non concurrant lex & fides, opera & gratia, quantum conscientiam concernit.

Non ergo debent bona opera exerceri;

ACTVVM. APOST.

Bona opera & debent, & necesse est fieri, modò conscientia in illis non confidat, uel ædificet: Sed liberè ea faciat, in honorem Dei, & proximi ædificationem, & sibi ipsi in perpetuum exercitium.

*E*cquid ergo non est iustificatio ex operibus?

Non: Si iustificatio ex operibus esset, conscientia nunque tranquilla esset, opera enim desinunt, anima nunquam. Quod si animæ consulendum est, per consolationem æternam id fiat oportet, hoc est, per uerbum Dei, ut Christus ait, Joan. 8.

*D*a mibi summariam quandam, & cōpendiosam institutionem de fide & operibus?

Fides arbor est, & fons, opera sunt fructus, rami, et scaturigo. Fide cū Deo agimus, charitate cum proximo, mortificatione carnis nobiscum. Hic uerus est gradus, & ordo, quem qui inuertit, totam scripturam inuertit.

Habet

C A P V T X V.

Habet etiam hæc doctrina insultus?

Sic: Vbi hæc doctrina uiget, statim
sectæ exoriuntur, & dissensiones, præ-
sertim Pelagianorū de libero arbitrio,
& meritis operum bonorum. Quæ
semper se immiscuerunt ab initio usq[ue].

Da exempla.

Abel retinebat puram doctrinam fi-
dei inuenturum Messiam Iesum Chris-
tum, inq[ue] ea spe osterebat domino dos-
na sua, & Deus uertebat oculos miseri-
cordiae ad ipsius oblationes. Caymus
ab operibus p[ro]debat, fidem ac fidei dos-
ctrinā & exercitia deserebat, ob id De-
us etiam ipsius hostias respuebat. Quæ
res eum male habebat, & ex odio fratrē
suum occidebat. Idem in Ismaële impiο,
& iusto Issaco fiebat. In Iacobo & Esau:
In prophetis, & idolatricis Iudæis.

Durat ista contentio etiamnum?

Durabit inter Christianos, & iusticia
rios ad consummationem usque seculi.
Vna enim sedata ac compressa, statim
subsequitur alia.

O ,

ACTVVM APOST.

Quae cœsserat?

Humana ratio non potest se soli fidel
cōmittere, semper ab operibus pendet,
nisi Spiritus sanctus hominem toum
inflammet & renouet. Quia autem nō
omnes homines Spiritum sanctum ha-
bent, sed maior pars in carne & sanguis
ne, secundum humanam rationē uiuit,
ab operibus dependet immota. Vt ad
sierū non potest, prorsus nullos habere
malos ita nequaquam fit, ut nullam do-
ctrinam impiam, nullas sectas, nullas
dissensiones & hæreses in mundo ui-
deamus.

Quomodo accidebat Apostolorum
tempore?

Quum Paulus prædicaret, quod so-
la fides iustificaret, ingruebant (etiam
qui Christiani erant) & cōtrarium do-
cere nitebantur: Non solam fidem suffi-
cientem esse ad iustificationem, sed op-
portere etiam secundum Mosis legem
circumcidiri, alias non esse salutem ex-
pectandam.

Quid

C A P V T X V .

Quid querebant istiusmodi doctori
culi ?

Non aliud, quam ut Christus inter-
cederet, & ipsius passio, mors, & resurre-
ctio in nihilum redigeretur.

Erantne uiles homines, qui ista tradie-
bant?

Non uiles quidem homines, sed ipsi
etiam Apostoli erat in ista sentina quasi
infici, qui tamen Spiritum sanctum ha-
bebant. Et nisi tres fortiter restitissent,
tota Christianorum cohors corruisset,
& erroneam istam doctrinam amplexa-
ta fuisset.

Est iste error etiamdum?
Sic: Apostoli ipsum extirpare non
poterant, Auertebant ubi cunq; & qua-
tum poterant, uerum omnino domare
non poterant, præsertim Paulus in Epi-
stolis suis. Permisit ergo error ille inde-
sinenter, donec mundus sub Papatu pro-
sus in eo suffocatus sit, & submersus.

Quid hinc discendum nobis?

Ut quisq; sibi bene constet, ut de
doctrina

AETVVM APOST.

doctrina Christi certussit, nec in aliis
decretis & ordinationibus acquiescat.
Scriptum est: Oves meæ uocem meam
audiunt. Quod si uis saluari, de uerbo
Dei ita certus sis oportet, ne etiam ange-
lo, si quis de cœlo ueniret, cedas in eo.
Neque enim aduersarij nostri ullum ali-
ud stultitiae & superstitionis propugna-
culum habent, quam quod clamitent, se
habere tot magnos, tot potentes, tot fan-
tos, tot doctos homines, qui omnes a
sua parte stent: Item tot annos, tot secu-
la, tot consuetudines, tot concilia, tot pa-
tres, nec fieri posse ut errēt. Quid, clami-
cant, an Deus permittat, tot homines
tot seculis in errore tam horreō, tamq;
corco uersari? Fieri quidem nō potest,

*Quid istis uociferatoribus responde-
bimus?*

Ipsis concilium sanctorum Aposto-
lorum proponemus, et dicemus: Qui ei-
go fit, quod hic de summa Christi ana-
fidei uacillent omnes Christiani, etiam
ipsi Apostolici uiri, discipuli, & omnes
creduli,

C A P V T X V .

creduli, præter tres tantum, qui solum
fortiter fere hic gerunt, ceteri omnes co-
tra Spiritum sanctum concludunt, & con-
cilium exinanient.

Qui isti tres sum?

Petrus, Paulus, & Barnabas, Iacobus
accedit etiam. Nihilominus tamen Pe-
trus uacillat, Gala. 2. Imo quod si S. Pau-
lus per Christum non perseverasset ma-
gnanimitate, actum de Christiana ecclesi-
a fuisset.

Quid inde discernemus?

Ne in ullo concilio ædificemus. Hoc
ut primum, ita & purissimum est concil-
lium, tamen non nihil immundi concur-
rit. Nullum quidem unquam concilium
fuit, quod non fidei uel aliquid ademe-
rit, aut addiderit, id est quo recentius eò
etiam peruersius, donec tandem Evan-
gelium Constantiæ damnatum sit, &
Christiani combusti sint.

*Quomodo uocatur articulus, qui in hoc
concilio agitabatur?*

Hæc erat quæstio: Num circumci-
sio,

ACTUVM APOST.
lio, & lex Mosis Christianis seruanda
essent.

Quid concludunt Apostoli ad hanc
questionem?

Concludunt quod non opus sit, præ
cipue gentilibus. Surgit ergo Petrus, et
comprobat exemplo Cornelij centurio
nis, quod & gentes, cum audissent uer
bum Dei, Spiritum sanctum acceperint;
& habet pulcherrimam saluberrimamq;
concionem, dicens: Qui nouit corda
Deus, testimonium præbuit illis, dans
illis Spiritum sanctum, sicut & nobis:
nihilq; discrevit inter nos & illos, cum
fide purificauerit corda illorum. Nunc
ergo quid tentatis Deum, ut imponatur
iugum super ceruices discipuloru;, quod
neq; patres nostri, neq; nos portare po
tuimus? Hanc concionem Petri posse
Paulus & Barnabas confirmant, & enu
merant, q; magna miracula & prodigia
per ipsos Deus operatus sit inter gen
tes. Deinde inferebat Iacobus, & idem
dicebat, Quod Deus per Prophetas
promis

C A P V T X I I I .

promisisset, se nō Iudæos solūm, sed &
gentes adsumpturum, sine circumcisio-
ne & operibus legis.

Quomodo concludit Iacobus?

Quod ad iustificationem non exige-
tur lex, & circumcisio, sed sola fides in
Christum Iesum, & ut eadem gentes
abstineat ab inquinamentis simulachro-
rum, scortatione, suffocato, et sanguine.

Valētne etiam hæc conclusio apud
nos?

Hoc decretum non minus firmū esse
debet cōtra Papatum hoc tempore, atque
cum contra Iudaismum. Nam hic erat
mandatum Dei, sed illuc mera hominū
somnia sunt? Quod si ergo hic Petrus
decernit contra Mosen, & legem Mo-
sis, quanto magis id facit aduersus hu-
mana somnia & mendacia? Hoc aut̄ de-
cernit, quod patres nequaque per Mosis
legem, sed per legē spiritus, id est, per si-
dem in uenturū Christū, iustificati sint.

Non ergo bona opera exercenda
sum?

Bona

ACTVVM APOST.

Bona opera sunt agenda, sed nō animo consequendi per illa salutem, ut iudicii faciunt, & operarij, sed ut tantum opera ista sint fructus bonae arboris, & ab extrinsecus fidem commendent internam. Nam ita Christianorum conscientia se habeat, ut iustificatio nostra nō innitatur operibus, sed nudæ & immensæ misericordiæ Dei, & gratiarum. Opera debent fieri, & oportet ut faciat Matth. 5. Sed non ita ut ihs cœlum consequi uelis, quod iam per fidem nostrum est, sed ad gloriam Dei, proximi salutem, nobis ad honestam & piam exercitacionem, & ad ueteris Adæ mortificationem, ut homo adsuefiat in finem usque perseverare in fide, spe, & charitate, & possidere animam suam in patientia, & tandem peruenire ad beatitudinis stadium, & æternam quietem.

Amen.

CAPVT

C A P V T X V I .

C A P V T X V I .

Quibus de rebus hoc caput agit?

P R I N C I P I O de circumcisione discit
Pauli Timothei. Deinde, quomo-
do Paulus uotum composuit redditus, ut
Euangelium prædicet in Asia. Tertio
demonum, quo pacto uiocetur in Macedo-
niam, & quid ibidem si ui acciderit.

Quisnam iste Timotheus erat?

Erat filius mulieris cuiusdam Iudeæ
fidelis, cæterum patre Græco. Atq[ue] in
prima Pauli peregrinatione ad Euange-
lium erat conuersus, incircumcisus ta-
men ad fidem peruerterat.

Opus habebat circumcisionem?

Quia Christi discipulus erat, ea non
indigebat.

*Quare ergo circumcidebatur à Pa-
ulo, præsertim cum circumcisionem in
proximo concilio sustulissent?*

Propter infirmos Iudeos, qui in illis
locis erant, id fiebat. Sciebant enim om-
nes quod pater eius erat Græcus. Q. d.
P

ACTVVM APOST.

wellet Lucas: Si hæc res occulta fuisset , Paulus non fecisset: uerū quum manifesta esset, nollebat conscientias infirmorum lædere, sed pacificè & tranquillè cum eis agere, ut & ipsi seuerentur commode, & sine offensione.

Quæ uero de cauſa nollebat Titum circuncidi?

Propter Iudæos præfractos, qui Mosis legem, circūcisionem, & omnia opera legalia, ad conscientias trahebant, ut necessaria ad salutem: hisq[ue] acriter resistit: Illis uero qui etiam dū infirmi sunt, parcit & cedit ad tempus. Iudæi tum illas radices egerant in Mosaicis institutis, Moses nimium colla ipsorum & ceteri uices premebat, non poterant liberari inde, & conscientias tranquillare, quæ uis Christiani essent: difficile enim admodum est, consuetis renunciare prousus, ut in Papistis, quos dicunt, uidentur Quia ergo Paulus infirmitatem ipsorum uidebat, cedebat eis, & Timotheum circumcidet. Nisi enim hoc fecisset,

cogit

C A P V T X V I .

rogitassent : Ecce , Paulus uir sanctus
habetur , eximius in lege doctor Domi-
ni , diligens pastor , & Apostolus , qui er-
go fit , quod gentilem in ministrum su-
scipit . Et sic infirmos Iudaeos offendis-
set , caput quassasset eorum , & conscienc-
ias perturbasset , que res etiam istiusmo-
di turbam & euētum dedisset , ut ipsum
nequaquam audiuissent . Huic ergo scā-
dalo prudenter praeuertit , & Timo-
theum circumcidit . Atque sic compo-
nuntur .

Quomodo se habuit peregrinatio
Pauli in Europam , relicta Asia ?

Quā peragrassent Phrygiā & Gas-
tīcam regionem , ueritiç̄ essent à Spi-
ritu sancto loqui sermonem in Asia , pro-
fecti in Mysiam , tentabāt īre in Bithy-
niam , & non permisit eos spiritus . Cūm
autem pertrāsissent Mysiam , descendes-
sunt Troadēm : & uisio per noctē Pau-
lo uisa est . Vir Macedo quidam erat
stans , & deprecans eum , ac dicens :

ACTVVM APOST.

Profectus in Macedoniā, succurre nobis. Ut autem uisum uidit, statim quasimūmus proficisci in Macedoniam: certi facti, quod uocasset nos Dominus ad Euangelizādum eis. Cūm soluisse nūs igitur à Troade, recto cursu uenimus Samothracē, & posterodie Neapolim, & inde Philippos, quæ est prima pars Macedoniæ ciuitas, colonia.

Quum non sit salutarius opus, quam
adnunciare sermonem Domini, quæ
uetiti sunt à Spiritu sancto loqui ser-
monem?

Quænam cauſſa fuerit, certō nobis
non conſtat, Deus nouit, illi etiam haec
relinquimus, fortasse nondum tempus
fuit. Quantumuis bonū sit opus, tamen
in manus & uoluntatem Domini recli-
nemus.

Qui ergo fit, in Asia uetiti sunt,
uocantur in Macedoniam: quid mihi
sera Asia commeruit?

Hic quod respondeas aliud non habes,
quam quod Deus per Mosen ait:
Malice

C A P V T XVI.

Miserebor cuiuscunq; miseri eor, & cō-
miserabor, quemcunq; cōmiseror. Ro-
ma. i. Omnia Dei uolutati resignanda.

Quum Paulus huic uiso fidem adhi-
beat, num et nos idem facere licet?

De uisis & somnijs libros conscribe
re, nihil est. Nam significatio & inter-
pretatio talium à Deo est, ut uidere est
in Iosepho. Paulus uisum suum hic per
Spiritum sanctum explicat, quo minus
cadit, conuenit enim cum officio suo.

Quum ergo commodū vir Macedo-
nicus appareret, rogans opem, & Paulus
concionator est, auxiliumq; eius in mi-
nisterio uerbi consistit, certus est de ad-
nunciando Euangeliō in isto loco, et de
adducendo homines ad salutis & uitæ
uiam ueram.

Quid Paulus Philippis agit?
Die Sabbathorum egressi sunt ē ciuitate
iuxta flumen, ubi solebatur esse preca-
tio. Pulcherrimum hoc est exemplum
charitatis: Paulus apud Iudeos Iude-
us erat, feriabantur, feriabantur & ipse:

ACTVM APOST.
precabantur, precabatur & ipse. Imō et
sermones cedebat cum mulieribus, quę
conueniebant, & prædicabat ipsis sera-
monem Dei.

Quid operabatur sermo Pauli?

Mulier quædam, nomine Lydia, pur-
purarum uenditrix ciuitatis Tlyatiro-
rum, colens Deum, audiuit: cuius Do-
minus aperuit cor, ut int̄ederet his qua-
dicebantur à Paulo. Cūm autem bapti-
zata esset & domus eius, deprecata est,
dicens: Si iudicastis me fidelem Domi-
no esse, introite in domum meam, &
manete.

Quid nos commoneū hæc historiā?

Nihil aliud atq; admirandam opera-
tionem & efficaciam Euangeli. Nā de
quibus ut minimum spei cōcipitur, inil
lis ut plurimum fructus adfert. Mulier
hæc erat purpurarum uenditrix, & adt
modū diues. Iam Christus de diuitibus
ait, Matt. 19. Quòd facilius sit, Camelū
per foramen acus transire, q; diuitem in
regnum cœlorū ingredi. Sic & de mer-
catoribus

C A P V T X V I.

tatoribus fertur in mundo, quod uarias
technas, fallacias & imposturas exerce-
ant: Tamen haec uenditrix Lydia pri-
ma inter omnes Macedones est, quae
Euangelium suscipit, quam tamen om-
nes ita habebant, ut si quisquam eo loci
afflicturus esset prædicationem Pauli,
hanc Lydiam futuram. Iam uero omni-
um prima est, quae Euangelium & fidem
in Christum admiretur & accipiat.

Quia ad hanc fidem peruenit?

S. Lucas inquit: Dominus aperuit
eius cor, ut intenderet his quae diceban-
tur a Paulo. Quia fides est donum dei:
qui utitur istis medijs, per quae fides ac-
quiritur, & donatur, quae sunt: audire
verbum Dei, illi Dominus aperit cor,
ut & duobus discipulis in itinere, Emo-
hus proficiscientibus.

Qui sum fidei ipsius fructus?

Baptizata est, & tota domus. Inuitat
insuper & Paulum cum reliquis in dos-
mum suum, non offensa in eo, quod Iu-

A C T U V M A P O S T.
dæi pariter & gentes tremant aduersus
E u a n g e l u m .

Quid amplius Philippis accidebat?
Accidit euntibus nobis ad precatio-
nem, ut puella quædam habens spiritu
Pythonis, occurseret nobis, quæ qua-
stum magnum præstabat dominis suis
diuinando.

Qualis ille spiritus erat uaticinandi?
Non Dei spiritus, sed malignus, de
quo Deus ad Mo sen ait, Deut. 18. Non
sunt in te dierum electores Magicarum
artium periti, Exorcistæ cacodæmon
num superstitiosi, uel falsi uates. Qui
nim ita perpetrat, abominatio est corā
Domino Deo tuo.

Quid ad Pauli concionem agebat?
Subsequuta est Paulum & ceteros,
clamabat, dicens: I sti homines serui Dei
excelsissimi sunt, qui annunciant nobis
uiam salutis.

Quid Paulus agebat ad istam uocis-
rationem?

Conuersus spiritui dixit: Præcipio

sibi

C A P V T . X V I .

tibi per nomen Iesu Christi, ut ex eas ab
ea. Exiit eadem hora.

Quare Paulus ipsum expellebat, los-

quebatur tamen ueritatem?

Satan sub prætextu ueritatis semper
imposturas suas uult exercere, sed ea ra-
tione nihil proficit, ei scitur.

Quid autem domini istius ancille fa-
ciunt?

Videntes, quod abesset spes questus
sui, apprehensum Paulum ac Silam tra-
uerunt in forum ad principes, & offeren-
tes eos magistratibus, dixerunt: Hi ho-
mines conturbant ciuitatem nostram,
cum sint Iudæi, & annunciant instituta,
qua non licet nobis suscipere, neq; ser-
uare, cum simus Romani. Hic ad fabrē
depicta est natura cupidorum pecunie,
quo pacto erga Deum & homines ad-
fectisint, si lucelli non nihil decedit, q;
egregiè prætexant suis fucis et technis,
Paulum non accusant illati damna aut
iniuria, sed dicunt: Romani sumus, qua-
re non licet nobis aliam doctrinam acci-

ACTVM APOST.

pere. Ut & nunc omnes Papistæ : Romani sumus , non licet nobis suscipere doctrinam, quę sedi Apostolicæ, Papæ, patribus, concilijs, & sacris ordinibus repugnet. Non sic, non sic: Impedientia hæc sunt & auertenda animabus & corporibus . Tunc prædicatores obruiuntur impio clamore isto: crucifige, crucifige.

Quid populus agebat Philippis ad no
tificationem Islam auarorum?

Turba concurrerat aduersus eos, ac magistratus scissis uestibus suis , iusserunt eos uirgis caedi. Cumque multas plagas eis imposuerint, coiecerunt eos in carcerem, præcipientes custodi carceris, ut diligenter custodiret eos. Qui cum tale præceptum accepisset, coiecit eos in inferiorem carcerem, & pedes eorum strinxit ligno. Considerandum hic est, ut diabolus fremat , etiam in ciuilibus magistratus, uulgos insanit, Capitanei intoncentes captiuant, uerberibus adficiunt, in vincula coniungunt ut latrones, etiam contra

C A P V T XVI.

cōtra propria sua iura, indicta causa. Et
caceris custos etiā ad oculum dominō-
rum seruire uult, in interiorem carcerē
eos cōjicit, ut impatiētes essent, & de-
sperarent: sed pī diaboli fucum norūt,
quare agunt contrarium, Deum lau-
dant, ipsiq̄ gratias agunt.

Quid accidit in istis præconijs, & gra-
tiarum actionibus?

Media nocte Paulus & Silas orantes
laudabant Deum. Exaudiebant autem
eos qui uincti erant. Subito uero terræ
motus factus est magnus, ita ut cōcutes
rentur fundamēta carceris. Et statim a-
perta sunt oia ostia, et omniū uincula so-
luta sunt. Experrectus autem custos carce-
ris, cū uideret ianuas aptas carceris, eu-
ginato gladio erat seipsum imperfectu-
rus, existimās aufugisse uinculos. Clama-
uit autem Paulus voce magna, dicens: Ne
quid feceris tibi pī malū, uniuersi enim
hic sumus. Postulatoq; lumine, irrupit
ac tremefactus accidit Paulo & Silae ad
pedes, & productis illis foras, ait: Dñi,
quid

ACTVVM APOST.

quid me oportet facere ut saluus siam?
At illi dixerunt: Crede in Dñm Iesum,
& saluus eris tu & domus tua. Et locuti
sunt ei sermonem Domini , & omniis
bus qui erant in domo eius . Et assumi
ptis illis in illa hora noctis , abluit plas-
gas,& baptizatus est ipse & omnes do-
mestici illius continuò. Cumq; perdu-
xisset eos in domum suam, apposuit eis
mensam,& exultauit, quòd cum univer-
sa domo sua credidisset Deo.

Quid nos docet hoc factum?

Commonet prímò , quòd Deus ut-
rus auxiliator sit in angustijs & tribula-
tionibus. Deinde, quòd fides in Chri-
stum Iesum unica sit via concendi
in cœlum. Quamprimum enim hiccu-
stos carceris in Christum credit, nil nō
sibona opera facit, & re ipsa demōstrat
& confirmat fidem suam suscepitā. Ter-
tio, quòd omnia in bonum cooperētur
pijs,& in Deum credentibus,eumq; di-
ligentibus. Nam quum dies ortus esset,
misericordia magistratus viatores,dicēto-

Dimille

C A P V T X V I I .

Dimitte homines illos. Nunc iuit au-
tem custos carceris sermones hos Pa-
ulo: miserunt magistratus ut dimittam
ni. Nunc igitur exeuntes, ite in pace.
Paulus autem dixit eis: Cæsos nos pu-
blicè, indicta cauſſa, cùm simus Romani,
coniecerunt in carcerem, et nunc oc-
cultè nos ejiciunt? Non profecto, sed
ueniant ipsi, ac nos educant. Paulus o-
mnino innocentiae suæ testimoniu[m] ha-
bere uolebat, Venientes ergo ipſi depre-
cati sunt eos, & eductos rogabant ut co-
gredierentur è ciuitate. Egressi autem è
carcere, introierunt ad Lydiam, & ui-
sis fratribus, consolati sunt eos, & profe-
cti sunt.

C A P V T X V I I .

Quid hoc caput tradit?

P E R E G R I N A T I O N E M Pauli, ex
Philippensium ciuitate ad Thessala-
lonicensium, & hinc ad Berrhœgn ciu-
tatem, & inde ad Atheniensium regio-
nem:

ACTVM APOST.

nem : quidquid istis in locis actum sit;

Quid Paulus Thessalonicæ agit?

Secundum consuetudinem suam Paulus introiuit ad eos, & per sabbatia disserebat eis ex scripturis.

At qui Iudeis maledicebat 13. cap. Ch. ergo ad eos redit?

Quoniam Israëlite esset, ex tribu Benjamin, Iudeos, ut fratres suos, profligabat, ut quacunque ratione posset, ipsos Christo adduceret. Indes inenter in expectatione constitutus, Deum sibi elegisse quendam, ut Heliae temporibus, qui conuacitendi sint ad Christum.

Quid Paulus predicit in synagoga?

Adaperuit & allegauit, quod Christus oportuisset pati, & resurgere a mortuis, & quod hic esset Christus Iesus, qui ipsis in lege & prophetis promissus fuisset.

Nesciebant hec Iudei?

Sciebant, sed in hoc errabant, quod parent, Messiam aduentum in regio quodam

C A P V T . X V I I .

quodam apparatu, obtenturum regnum
Iraëliticum, ut Dauid et Salomō. Nec
credunt quod Iesus sub Pontio Pilato
crucifixus, Messias uerus sit, sed impo-
stor & seductor populi.

Quid commoditatis prædicatio Par-
li adferebat?

Et quidam ex eis crediderunt, & ad-
iuncti sunt Paulo & Silæ, & religioso-
rum Graecorum multitudo magna, mu-
lieresq; primariæ nō paucæ. Hic fiebat,
ut Esa. 35. cap. dicit: Verbum meū non
redibit ad me uacuum.

Quid ad hec infideles Iudei?

Zelo cōmoti increduli Iudæi, & as-
sumptis quibusdam circunforaneis ui-
ris malis, ac turba coacta concitauerunt
ciuitatem, et urgentes domum Iasonis,
querebant eos producere ad populum.

Quid uero quum Paulum non inuen-
nirent?

Trahebant Iasonem & quosdam fra-
tres ad principes ciuitatis, clamantes;
Huius terrarum orbem contubarunt.
huc

ACTVVM APOST.

huc quoq; uenerūt, quos clanculum
cepit Iason, & hi omnes contra decreta
Cæsaris faciunt, regem alium dicentes
esse Iesum. Dura hæc est accusatio in la-
sonem, factum durius est, Dum impo-
tunt ipsum, & ex domo extrahunt: Atq;
hæc omnia sub prætextu æquitatis a-
gunt, & ut sibi persuadebant, ex diuino
zelo.

Quid illa accusatione efficiunt?

Comitauerunt turbam, & magistra-
tus ciuitatis, aduersus ipsos. Atq; tum ci-
mnes adcurrebant, uociferantes: crucifi-
ge: maledicebant, indignabantur, fre-
mebant & frendebant, minabantur q;
eis mortem, ut mundus adsolet.

Quid ad istam seditionem magistrat-
us agit?

Accepta satisfactione à Iasone, &
cæteris, dimiserunt eos. Magistratus
Thessalonicensium prudentius & ami-
cius egit magistratu Philippi. Nam
hi indicta causa ingruebant, Paulum &
Silam cædebant, & in uincula abripie-
bant.

C A P V T X V I I .

bant. Iste autem nihil temerē suscipiēt,
sed audiunt utramq; partem: & cūm Ias-
sonem innocentem reperiūt, dimitūt
eum unā cum cæteris. Et hoc uerum
magistratus officium est, ut pios defen-
dant, & innocentes soluant.

vt autem fiebat cum Paulo & Sila?

Fratres confestim per noctem emise-
rūt Paulum simul & Silam in Berrhœ-
am. Qui cūm aduenissent, abierunt in
synagogam Iudæorum. Hic autem erat
summo genere nati inter eos qui erant
Theffalonice, qui receperant sermonē
cum omni animi promptitudine, quoti-
die scrutantes scripturas, an hæc ita se-
herent. Et hic uidetis, persecutionem
Pauli multum utilitatis attulisse Eu-
gelio. Nam in hac afflictione S. Paulus
multos homines ad fidem Thessalonici-
cæ adduxit, etiam nobilissimos quosq;
& mulieres primariæ. Neq; enim Deus
us personarum acceptor est.

Quid autem increduli Iudei agebant?

Quum cognouissent Thessaloniken-

Q

ACTVVM APOST.

ses Iudei, quod Berrihœæ annuntiatus
esset à Paulo sermo Dei, uenerunt & de-
lic quoq; commouebant turbas. Quām
maleferiatus est diabolus: quām pro-
sus pati non potest ut sermo Dei semis-
netur: uel ex alienis ciuitatibus & re-
gionibus excitat homines, qui Euange-
lium persequantur.

Quid autem pij Christiani agunt?
Emittunt Paulum, & Athenas usq;
deducunt.

Quid nobis subministrat hec his-
toria?

Duo. Principiō quidem nihil aliud,
quod Christiani hoīs uita perpetua sit
militia in hac terra, quotidiana lucta, &
certamen, ut non mirū esset, quin Chri-
stianus languidus, & desatigatus redde-
retur. Quod si Paulus mūdanus homo
fuisse, sine gratia, sine q; Spiritus sancto,
potuisset dicere: Diabolus sit Euange-
licæ doctrinæ professor, nihil hic est nisi
si crux, persecutio, & afflictio. Sed hoc
non facit, scit Christiani esse crucem to-
lerare.

CAPUT XVII

lerare. Quare rem absoluīt, & non de-
terretur istiusmodi rebus.

Secondo, ut ad imitationem Theffa-
lonicensium scripturam libenter uolu-
mus. Ea enim est unica regula, & so-
lidum fundamentum fidei nostræ.
Quod si faber lignarius aut cęmentari
us aliquid artificiosi operari uelit, opor-
tet eum amissum habere : faber argen-
tarius, aurum exploraturus, necesse ha-
bet Lydio lapide. Sic etiā, si nos Chris-
tiani uolumus dijudicare, quid uerbū
Domini, quid contrà humana constitu-
tio sit, oportet etiam nos habere Lydiū
lapidem, hoc est, sacram scripturā. Ex
scriptura cognoscuuit Christus. Qui
aliud docet, q̄ scriptura habet, is errat.
Omnia humana instituta ad Dei uerbū
iusta lance ponderari & examinari de-
bent, num toleranda sint, necne. Nihil
in Christiana ecclesia admittatur, nisi
certo fundamento scripturæ insistat.
Scriptura enim aliud nihil est, q̄ synce-
rum Dei uerbum, per spiritum prophē-

Q. 2

ACTVM APOST.

carum in mundum prolatum , ut S. Petrus ait . 2. capite 1. Hinc est quod Christus toties scripturam alleget , & ad scripturam reuocet . In scriptura enim nobis loquitur uoce aperta , & uiua , & consolatur nos in omnibus afflictionibus , & in ea promittit nos uitam æternam certò consequuturos .

Quid Paulus agbat Athenis ?

Paulus quum Athenis eos expectaret , incandescebat spiritus eius in ipso , cum uideret simulachrum cultu deitatem ciuitatem . Misere ipsum excusatbat , quod tam multi generosi , magnanimi , sapientes , excellentes , & docti homines tam miserè in errore & incredulitate perire deberent . Quare spiritus eius fremebat aduersus maledictum Satanam , quod tam celebrem ciuitatem in æternum exitium raperet . Et operari sic Paulus dabat , ut si non omnes , tamen aliquos , ex Diabolí maledicti fauibus eriperet , & Christo adduceret .

Nunquid

C A P V T . X V I I .

Nunquid ergo ipsum Atheniensium
sapientia deterrerbat?

Si Paulus inexcitatus , & imperius Christianus fuisset, ut nonnulli res periuntur, facile ad multitudinem prudenter, & astutiam sapientum extimisset, eogitasset: quid unus agas aduersus tam multos? Putasne fidem tuam unici Dei posse cōsistere aduersus tam multos, tam sapientes, tam prudentes qui plures deos & habent & colunt, profiterentur: Et etiamsi ista animum ipsius non subiissent, tamen uel illud ipsum deterruerat, quod unicus, egenus, & abiectus homo esset, in tanta tamq[ue] celebri Philosophorum & Græcorum turba sed additur ipsi animus a Deo, surgit, & adniciat eis Euangeliū, Omnipotēno in ea spe collocatus, quod & uelit esse possit aliquos per uerbum Domini nostri Iesu Christi domino lucrifacere.

Vbi p̄d̄icat S. Paulus?
Disputabat in synagogiscum Iudeis & religiosis, & in foro quotidie cum

Q 3

ACTVV M APOST.

ījs, qui ipsum fortē adissent. Non ad tē
pla festinat, & idola deturbat, sed prius
surgit, & uerbū Domini adnunciat, in-
dicat ipsis, & ob oculos ponit eorum &
mores, & idolorum latrias, ostendit ei-
modum & uiam, & media, quibus ab
ista idolatria, & impio Dei cultu libera-
ri queant.

Auscultabant etiam prædicationem
Pauli?

Quidam Epicurei & Stoici Philoso-
phi conflictabantur cum eo,

Qui erant Epicurei?

Erant Philosophi, qui beatitudinem
ponebant in uoluptate corporis & ani-
mi. Tenebāt etiam dogma, quo peruer-
sē uolebant, Deum non curare res hu-
manas, sicut etiam, post hanc uitam nō
esse aliam.

Qui erant Stoici?

Erant Philosophi, qui beatitudinem
collocabant in mediocritate & tempe-
rante omnium rerum, & in defectu or-
nium humanorum affectuum. Vo-
cabant

C A P V T X V I I .

cabant illum hominem beatum, qui nō
gauderet, et si omnia bene responde-
rent, nec mœrore adficeretur, etiam si
montes conciderent. Breuiter, qui om-
nia posset sustinere & pati, & aduersus
illa consistere ut truncus & lapis.

Quid Paulus edissebat contra istas
duas sectas?

Vtriusque doctrinam reijciebat, ut
falsam & erroneam profitebatur libe-
rè. Beatitudinem neque in uoluptate
carnis, neque in temperantia uel carens-
tia affectuum naturalium consistere,
sed in solo summo bono, in contempla-
tione & cognitione Dei, quæ esset per
fidem in Christum Iesum, in futuro ses-
culo, in uita æterna omnium perfectissi-
ma.

Quid mercedis Paulus ex prædicatio-
ne sua reportat?

Vituperium & con uitium. Quidam
enim dicebant: quid uult spermologus
hic diceret? Alij uero, nouorum (inquier-
bant) dæmoniorum uiderunt annuncia-

ACT VVM APOST.

tor esse, quod Iesum, & resurrectionem
annuntiaret eis. Hic S. Paulum circum-
foraneum clamitant, ut qui infrugiferis
nugis se hincinde, more parasitorum,
nutriat, & omnes suos cogitatus eodem
rigat, ut semper aliquid noui commini-
scatur, & homines nugis pascat, ut Her-
barij, & Thyriacarum uenditores.

*Quid Athenienses cum Paulo ager-
bant?*

Apprehensum eum ad Martium
uicum duxerunt, dicentes: Possumus
ne scire, quae sit ista noua, que a te refer-
tur, doctrina? Noua enim quae damini
geris auribus nostris. Volumus ergo id
re, quidnam uelint haec esse. Pauli do-
ctrinam dicunt nouam doctrinam, nos
uos rumores. Hocque de suo ingenio fa-
ciunt. Nam Athenienses omnes, & qui
illuc uersabatur hospites, ad nihil aliud
uocabant, nisi ad dicendum aut audiendu-
m aliquid noui.

*Quomodo se Paulus gerit aduersus
istos illusores?*

Stabat

C A P V T X V I I .

Stabat in medio Martij uici, & habebat pulcherrimam prædicationem, quā diuidebat in tres partes.

Quæ est prima pars?

Dicebat: Viri Athenienses, per omnia ferè superstitiones uos video. Præteriens enim & contemplans culturas uestras, inueni & aram, in qua inscriptum erat: Ignoto Deo. Quem ergo ignorantibus colitis, hunc ego annuncio uobis. Reddit hic auditores benevolos, simul & attentos, uocat eos uiros: hic insignis est titulus. Vocat eos insuper etiam superstitiones nimium, quem titulum etiam adcipiebant, ut insignem & celebrem. Volebant enim sibi laudis uerti, quod multos uariosq; Deos habarent, & colerent. Et excusat se Paulus, quod non nouos adferat Deos, sed uerum & æternum Deum prædicet, quem & ipsi colant, licet id ignorantes faciant.

Quæ secunda pars est?

Deus, inquit, qui fecit mundum &

Q ,

ACTVM APOST.

omnia quæ in eo sunt, hic cœli & terræ
cūm sit Dominus, non in manufactis
plis habitat, nec manibus humanis coll
tur, indigens aliquo, cūm ipse det omni
bus uitam & halitum per omnia: fecitq
ex uno sanguine omne genus hominū,
ut inhabitaret super uniuersam faciem
terræ: præfiniitq præstituta temporz
præfixitq terminos habitationis eorū,
ut quærerent Deum, si forte palpente
& inueniant. Hic reprobat fallsum Dei
cultū, qui in deauratis, lapideis, ligneis,
& argento obductis simulachris con
sistit, & ostendit unicum uiuētem De
um, qui homini indidit sapientiam, &
rationem, ut ex uisibilibus huius mun
di rebus aditus pateret ad cognitio
nem æterni creatoris, uisibilium & in
uisibilium, corporalium & spiritualium.

Quæ est pars tertia?

Quamuis non longè absit ab uno
quocq nostrum. Per ipsum enim uiu
mus, et mouemur, & sumus, sicut & qui
dam

C A P V T XVII.

dam uestratum poëtarum dixerunt:
Nam huius progenies etiam sumus. Ge-
nus ergo cùm simus Dei, non debemus
existimare, auro aut argento , aut lapidi
arte sculpto, & inuento hominis, numē
esse simile. Et tempora quidē huius igno-
rantię cùm hac tenus dissimularit deus,
nunc annunciat hominibus , ut omnes
ubiq̄ resipiscant: eo quòd statuit diem,
in quo iudicaturus est orbem terrarum
cum iusticia, per eum uirum, per quē de-
creuerat fide præstita oībus , cùm exci-
tarit illum ex mortuis. Hic depingit ue-
rum Dei cultum, & ignotum, uerumq;
Deum, Iesum Christum . Sed accōmo-
dat uerba sua ad rem, & demittit se mi-
rē ad captum & ingenium auditorum.
Nec enim dicit eos impiē fecisse, sed i-
gnoranter. Ideò Deum ad eorum igno-
rantiā respexisse & pertulisse. Iam ue-
ro tempus esse, quo pœnitudine ducan-
tur, & Christum uerē cognoscant, syn-
cereq; confiteantur, ne ipsis idem con-
tingat, quod Sodomæ & Gomorrhæ.

Quid

ACTUVM APOST²

Quid agunt Athenienses ad hanc Pauli
li predicationem?

Quum audissent resurrectionē mor
tuorum, alij quidem irridebant, alij uero
dixerunt: audiems te de hoc iterum.
Hic impletum est, quod Paulus 1. Cor.
habet: Euangelion de Christo Iudicis
scandalum est, Græcis uero stultitia.

Quid uero Paulus facit?

Exiuit ē medio eorum. Videbat enim
quòd uerbum Domini apud ipsos nul
lum locum haberet. Et hic impleta est
sententia Pauli, 1. Cor. 1. Non multisapi
entes secundum carnem uocati sunt.

Nihil quicquam ergo operabatur haec
prædictio?

Quidam uiri adhærentes ei, credide
runt: in quibus & Dionysius Areopa
gita, & mulier nomine Damaris, alij p
eum ei. Mirum est quòd in tam popu
losa ciuitate, tam pauci Christiani facti
sint. Sed restitit ipsis mundana sapientia,
& carnis prudentia. Euangelium enim,
et mundi sapientia nō concurrunt. Vbi
spiritus

CAPUT XVIII.

Spiritus sanctus operari debet gratia
sua diuina, ibi oportet ut homo sensus
suos intellectumq; captiuum ducat, &
sacrae scripturæ credat, & in eo implebi
tur scriptura Luc. ii. Beati sunt, qui ser-
monem Domini audiunt, & custodiūc
illum. Hoc largiatur nobis Deus omni
potens. Amen.

CAPUT XVIII.

Quibus de rebus agit hoc caput?

De profectione Pauli uersus Corin-
thum, & quidnā boni ibi ege-
rit, & quomodo deinde proficiscatur
Ephesum & Hierusalem.

Quae est ciuitas Corinthus?

Primaria ciuitas est Achaia, & duos
portus habet, unum ad Asiam, alterum
ad Italiam. Quare & nobile emporium
erat, quō ex omni terrarum parte mer-
catores confluabant. Iam plerumq; ita
sic, ut ubi magnæ diuitiae, ibi & magnæ
pompæ, superbia, & luxuria sint. Vbi
etiam

ACTVM APOST.

etiam uariæ linguae cōueniunt, congu-
unt etiā uaria peccata, uitia, & crimina.
Idem Corinthi accidit: Legitur enim
ibi templū Veneris fuisse, in quo plus
mille mulierum Veneri dicatæ fuerūt,
quæ omnes publicæ peccatrices extice-
runt. Tanta cœcitate Satan inuolauit
Corinthios, ut manifesta ista peccata
cultum diuinum haberent. Et erat Cor-
inthus ut sentina omnium uitiorum
criminum, peccatorum & scelerum.

Quid Paulus ibi boni efficiebat? cur
non aliam ciuitatem petebat?

Paulus, ut bonus Medicus & fideli-
agit, eō conuenit non mercandi grā-
tia, sed ut ipsis Euangelium de regno
Dei prædicet.

Quid boni ergo operatur?

Multi Corinthi qui audiebāt, credu-
lificabant, & baptizabātur, Imo Paulus
plures cōuertebat Corinthi, atq; Athē-
nis. Nam & Dominus dicebat nocte
Paulo per uisionem: Nolit imere, sed lo-
quere, & ne taceas, propterea quod ego

C A P V T . X V I I I .

sim tecum, & nemo adorietur te ut affil-
gat te: quoniam populus est mihi mul-
tus in hac ciuitate.

Qui fit, quod in peccatrice ista ciuitate plu-
res conuerterit, quam Athenis, ubi eximij et e-
gregij philosophi commorabantur?

Constat, facilius esse manifestos pecca-
tores couertere, quam hypocritas & ius-
ticiarios. Vnde & Christus ait ad Pha-
risaos: Meretrices & publicani præce-
dent uos in regno Dei. Quia peccato-
res nihil boni in se inueniunt, quare ad
solam Dei gratiam configiunt: Hypo-
critæ uero & iusticiarij omnia sua pro-
clauibus regni cœlestis, & operibus
summe bonis habent.

Apud quem Paulus Corinthi cōmorabatur,
quum tanta ibi malorum colluies esset?

Nactus erat quendam Iudaum, no-
mine Aquilam, Ponticum genere, qui
nuper uenerat ab Italia, & Priscillam
uxorem eius, eo quod præcepisset Clau-
dius, omnes Iudeos Roma decedere:
accessit ad eos.

Qytra

ACTVVM APOST.

Quare ad alienigenam, & non indi-
genam diuertit?

Quum Christus Apostolos suos am-
daret ad prædicandum Euangeliū, pre-
cipiebat ipsis, si quam ciuitatem in-
gererentur, ut indagarent quis dignus es-
set, apud istum maneret, donec prorsus
discederent. Ita & hic Paulus agit, cum
indigenam non habet, apud quem sine
scandalo esse posset, confert se ad alieni-
genam, Aquilam scilicet.

Quæ caussæ suberant?

Dux.

Quæ prima est?

Quum Paulus esset peregrinus, & si-
dificaret exilium peregrinationibus, si
mili se adiungebat, qui & quæ alienige-
na, & extorris esset; à Claudio enim Ce-
fare ex Roma pulsus erat, unà cum ce-
teris Iudeis. Qui lautè ac in delitijs edu-
cati sunt, quosq; nihil unquam calamita-
tis pressit, illi nesciunt conditionē pau-
perum, & egenorum. Quare de ipsis pa-
rum solliciti erant.

23

C A P V T X V I I I .

Q u e secunda cauſſa eſt :

Idem artificij exercebant, tabernacūlorum textores, Et eiusdem religionis exiſtebant, quare apud ipſos manebat, & operabatur.

Nihil aliud Corinthi agebat :

Tempore laboris laborabat, disputabat autem in synagoga per omne sabbatum, ſuadebatq; Iudæis pariter & Græcis. Cūm ueniffent autem ē Macedonia Silas & Timotheus, coartabatur ſpiritu Paulus, testificans Iudæis Christū eſſe Iesum.

Q u o m o d o placebat Iudæis h e c con-

cio :

Contradicentibus eis ac blesphema loquentibus, excuſſis uestimentis, dixit ad eos : Sanguis uester ſuper caput uerum. Mundus ego poſthac ad gentes uadam.

Q u o d abibat :

Migrans inde intrauit in domum cuiusdam, nomine iusti, colentis Deum, cuius domus erat contigua synagogæ.

R

A C T U V M A P O S T.

Non quod ibi uellet delitescere, sed ut
ibi in pace prædicare posset, quod illud
propter Iudeorum calumnias, & blasphemias
in synagoga nequireret.

Quid utilitatis operatur in editio-
bus iusti?

Non parum: Nam Crispus archi-
nagogus credidit domino cum tota dos-
mo sua, multiq; Corinthiorum audiен-
tes credebant ac baptizabantur. Et com-
modius hic Euangelium procedebat,
q; Athenis. Ideo & Dominus ipsum
consolatur per visionem. Et considerat
ibi sesquiannum, & docebat ipsos uer-
bum Dei.

Quid interea Corinthi fiebat?

Quum Gallio ageret proconsulem
Achaiae, insurrexerunt uno animo Iu-
dæi in Paulum, & adduxerunt eum ad
tribunal, dicentes: Contra legē hic sua-
det hominibus colere Deum. Causa
erat, quod Paulus deceret, hominē non
posse per legem iustificari, sed per solam
fidem in Iesum Christum.

TAN

C A P V T X V I I I

Tamen Deus promiserat ipsi , nemda
rem ipsum adorturum esse, qui fit er
go ut Iudei ipsum opprimant?

Deus non dicit , quod Christiani suū
nihil omnino sustinere debeant, sed pro
mittit, quod sicubi in angustiam incide
rint, uelit ipsis adesse , & ex omni peris
culo liberare.

Dæ exemplum.

Deus Mosi dicebat , Exo. 3. Ego ero
tēcum: Attamen non erat sine afflictio
ne: quām sāpē enim pueri Israēlitici
uolebant ipsum lapidare ? Nihilomi
nis tamen per Dominum seruabatur
incolumis. Idem Hieremias Prophetæ
fecit.

Quid ergo Deus Paulus faciebat ?
Quum Paulus iam pararet aperire os,
dixit Gallio ad Iudæos : Si qua iniuria
esset, aut facinus malū, o Iudei, meritō
uos sustinerem : si uero quæstio est de
sermone, ac nominibus, & lege uestra
te, uos ipsi uideritis. Iudex enim ego ho
rum nolo esse. Et abegit eos à tribunā.

R 2

ACTVVM APOST.

H. Apprehensum autem omnes Gradi
Sosthenem principem synagogæ, per-
cutiebat ante tribunal, neq; quicquam
eorum Gallioni curæ erat.

Recte ergo Gallio in eo agebat?

In primo recte agebat, in sequenti ut-
rō nō. Quum enim sit magistratus, nec
sciat ubi uerus Dei cultus haberetur, as-
pud Iudæos ne, an apud Paulū, bene ag-
git, dum amolitur iudicij sententiam in
re dubia et graui. Nec enim facit, ut ho-
die multi, qui uolunt res religionis di-
scernere & iudicare, de quibus a quæ
uera sciunt, atq; asinus de lyra. Quod
autem Gallio insontem hominem So-
sthenem percuti suerit, peccat. Nā ma-
gistratus est, curare ne cui iniuria uel
uis inferatur, siue Iudæus sit, siue Chri-
stianus.

Quid Paulus agit post illam sedicio-
nem?

Diu ibi manebat, & ualedicto fratriis
bus, ab nauigauit in Syriam, comitanti
bus eū Priscilla & Aquila, poste aquam
raserat

C A P V T X V I I I .
ras erat caput in Cenchreis , habebat enim uotum.

Quare ipsum comitantur Aquila &
Priscilla ?

Vt ipsi ministrent in labore , & defen-
dant contra uarios insultus . Vt ipse met
indicat , Roma . ultimo : Salutate Priscā ,
& Aquilam , adiutores meos in Chri-
sto Iesu , qui pro anima mea suam ipso-
rum ceruicem supposuerunt .

Quid autem est , quod Paulus caput
radat ex uoti conditione , uult in Ius-
daismum relabi ?

Hoc nihil aliud est , quam quod ipse
met ait , 1. Cor . 9. Quamuis ab omnibus
liber sim , tamen omnibus seruus sum fa-
ctus , ut multos lucrifacerem .

Quo Paulus proficisciatur , relictus
Corinthon ?

Deuenit Ephesum , deinde Antio-
chiam , peragrans simul Galatiam , &
Phrygiā , & nouos Christianos , ut bo-
nus pastor , confirmabat , interea tempo-
ris Apollos Ephesum perueniebat .

ACTVM APOST.

Quis erat Apollos iste?

Iudæus erat, Alexandrinus gener,
vir eloquens, potens in scripturis. Hie
erat institutus in via Domini, & seruēs
spiritu loquebatur, & docebat diligē-
ter ea quae sunt Domini, sciens tantum
baptisma Ioannis. Hec erat insignis co-
mendatio Apostoli huius ab Luca.

Quòd ista commendatio facit?

Ad multas quidem res, Præcipue ve-
rò Christianis ad consolationem & co-
monitionem, ut ad hoc exemplum & u-
psi bonis suis, gratia, & donis à Deo ac-
ceptis, rectè utantur, ad gloriam Dei, et
proximi ædificationem. Non satis est
donum Dei habere, sed necesse est & in-
psum ad laudē Dei usurpare, & eo pro-
ximi commodis inseruire, siue diuitia
sunt, siue potentia, siue scientia, siue sapi-
entia. Scriptum est: Cui multum da-
est, ab eo multum exigitur.

Quid est, quòd Lucas ait: Apollinē
Ioannis Baptisma tantum sciuisse:
Discrimēne est inter baptisma Chri-
stii & Ioannis?

C A P V T X V I I I .

Si de baptismate Ioannis loquimur,
 non tantum de intinctione aquæ dici-
 mus, sed de omnibus quæ ad baptismū
 perirent, ut est doctrina, prædicatio,
 & intinctionis. Ergo unum idemq; bapti-
 sma est Ioannis & Christi, una aqua,
 unus spiritus, una prædicatio. Quia Io-
 annes idē prædicat quod & Christus,
 legem scilicet, et Euangeliū, pœniten-
 tiā & remissionem peccatorum. Ioan-
 nes dicebat: Agite pœnitentiam: ap-
 propinquauit regnum cœlorum, sic
 Christus dicebat: Ducamini pœnitudis
 ne, & credite Euangelio. Legem Ioan-
 nes prædicabat, cūm dixisset: progenies
 uiperarū, quis monstrauit uobis, ut uen-
 turam iram effugeretis? Facite fructus
 ergo, qui deceant pœnitentiam. Euan-
 gelium proponebat, cūm diceret Ioan-
 nes. Post me uenit uir, qui ante me fuit, Et
 digito monstrabat ipsum, dicens: Ecce
 agnus Dei, qui tollit peccata mundi.
 Breuiter, Ioannes æquè baptizabat, atque
 peccata remittebat, ac ipse Christus

ACTVVM APOST.

& Apostoli. Sed Spiritum sanctum da
re uisibiliter, igneis quasi linguis, ut Ap
postolis mittebatur, Ioannis opus nequa
quam erat. Christus enim eo tempore
nondum per resurrectionem, & adscen
sionem declaratus fuerat, sed ambula
bat adhuc in terris in forma serui, prom
ptus pro mundi salute crucifigi, noscere
omnes a Satana, morte, peccato, & infi
ris redimere. Cui gloria, laus, & honor
in omne ævum. Amen.

CAPVT XIX.

Quæ est summa huius capituli?

PEREGRINATIO Pauli ad Ephe
sios, & quid ibi egerit.
*Quid agebat Paulus cum ueniret E
phesum?*

Repertis quibusdam discipulis, dixit
ad eos : Num Spiritum sanctum accepi
stis, posteaquam credidistis ? At illi dixe
runt ad eum : Imo neque, sic ne Spiritus
sanctus, audiuimus. Et ait ad illos : Quo
ergo baptizati estis ? At illi dixerunt,
Ioannis

C A P V T X I X.

Ioannis baptisme. Dixit autem Paulus: Ioannes quidem baptizauit baptismo poenitentie, populo loquens de eo, qui uenturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, de Christo Iesu.

Vsq; ad cōne imperiti sacrarum lites
rārum erant Ephesij, ut nihil de sp̄i-
ritu sancto scirent?

Periti quidem erant scripturæ, quū
Iudæi essent, sciebant nimirum septua-
ginta uiros Israéliticos impletos Sp̄i-
ritu sancto tempore Mosis. Et prophetas
locutos & uaticinatos esse ex instinctu
Spiritussancti.

Quar ergo dicunt, se ne audiuisse qui

dem, an sit Spiritussanctus?

Non loquuntur hic de substantia &
natura Spiritussancti, siue de communib-
us donis, quæ Spiritussanctus opera-
batur in hominibus, sed de singulari-
bus, ijsq; admirandis donis, quæ post re-
surrectionem, & ascensionem Chri-
sti, effecerat in Apostolis & fidelibus.
Q.d, Quod sit Spiritussanctus, scimus

R,

ACT V V M A P O S T.

quidē ex scripturis: quōd autem uisib
liter in igneis linguis apparuerit apud
credulos, hæc non audiūimus. Illa enim
Pauli quæstio: Quo ergo baptizati
sunt? perinde est ac si diceret: qui uestri
prædicatores fuerūt, & Baptista: quo
rum ministerium ad fidem perueniuit.
Respōdebant: Ioannis baptizatae. Ad
quæ Paulus hæc de Ioannis etiā baptiz
itate addebat: Ioānes quidem baptiza
uit baptismō poenitētię, populo loquē
de eo, q[uo]d uetus esset post ipsum, ut cre
derent. Quia uero Christus per suam
resurrectionem & ascensionem non
dum glorificatus erat, etiā missio Spiri
tus sancti nondū manifestata sum era.

Quid duodecim isti uiri agebant?

His auditis baptizati sunt in nomine
Domini Iesu. Et cùm imposuisset illis
manus Paulus, uenit Spiritus sanctus su
per eos, & loquebantur linguis, & pro
phetabant.

Ergo isti duodecim Cata baptistæ facti sunt?
Absit: Quod enim S. Lucas ait: ha
bentes

C A P V T X I X.

ptizatos esse in nomine Domini Iesu,
non intelligendum est de aquæ baptis-
mo, sed de ignis baptismo. Hoc est, Pau-
lus prædicauit ipsis de Iesu Christo, quo-
modo passus sit, cruci adfixus, in cœlū
abiuerit, & nobis Spiritum sanctum cō-
sequutus sit. Quam prædicationem nō
audiuerant. Iam uero audita concione,
& impositis manibus, uenit Spiritus san-
ctus super eos, & linguis loquuntur, &
prophetant.

Quid Paulus amplius apud Ephesios
agit?

Introgressus synagogā, liberè loque-
batur ad tres menses, disputans & sua-
dens de regno Dei.

Quid de regno Dei edisserebat?

Principiō quidem, quod Christi re-
gnū nō esset corporale, sed spirituale,
non super regiones, & homines, ciuitas-
tes, & arcēs, sed aduersus Satanam, mor-
tem, peccatum, & infernum. Hæc q̄
ex scripturis confirmat. Secundō
dicit, quod ad hoc tantum pertineant,
quos

ACTVVM APOST.

quos Deus elegit, non multi sapientes secundum carnem, nec potentes & nobiles, sed quod stulti, infirmi, & ignobile coram mundo est, & abiectum. Et quod in eo nemo etiam offendit debeat, Scriptum enim est: si numerus filiorum Israël ut arena maris, tamen reliquæ tantum saluæ erunt. Esa. 10. Tertio autem dicit, quod per solam fidem in hoc regnum accipiamur, non per opera legis, aut humana merita. Hæc omnia ex scripta Pagina declarat & corroborat.

Quid hac prædicatione consequitur?

Quidam indurabantur, nec credebant, male loquentes de via Domini coram multitudine. Quidam autem creduli fiebant, & Christiani. Accidit ipsis, si quis cœcus in solem aspicere debeat. Male affecti oculi lucem ferre non possunt. Impij homines splendorem diuinitatis sustinere nequeunt.

Verum quid Paulus agit?

Gerit se iuxta dictum Christi, quod est Matth. 7. Sanctum ne dederitis canibus,

C A P V T X I X .

nibus, & nolite margaritas ante porcos
projicere. Et discedebat ab illis. Ne autem
ab illis blasphematoribus inficerentur,
segregauit discipulos, quotidie dispu-
tans in schola tyranni cuiusdam. Hoc au-
tem factum est per biennium, ita ut os-
mnes qui habitabant in Asia, audirent
sermonem Domini Iesu, Iudei simulet
Graci.

*Confirmat etiam prædicationem suæ
miraculis?*

Sic, S. Lucas inquit: uirtutes non uul-
gares ædebat Deus per manus Pauli:
ita ut etiam super infirmos deferrentur
à corpore eius sudaria & semicinctia, &
recederent ab eis morbi, & spiritus malis
egrederentur. Hisce miraculis Deus
confirmauit & decorauit munus & mi-
nisterium uerbi. Ut quidem Christus
promisit, Marci ultimo.

Quid apud Ephesum accidebat?
Tentauerunt quidam è circumuen-
tibus Iudas exorcistis, inuocare super
eos qui habebant spiritus malos, nomē
Domini

ACTVVM APOST.

Domini Iesu, dicētes: Adiuramus uō
per Iesum, quem Paulus prædicat.

Quales exorcistæ isti fuerunt?

Iudei fuerunt, qui per nomen Tetra
grammaton multas superstitiones, &
ueneficas siue Magicas artes exerce-
rant & inuexerant, profitebanturq; se
expellere cacodæmones. Sed reuerant
huius profecerūt. Satan hominum oculos
præstrinxit, quasi exiret, sed centum ui-
ces implebat. Quia enim ratione isti ma-
los spiritus expellerent, qui nominedo
abuterentur?

Tamen nil nisi sacra uerba recitant?
Tantò peius est. Quis enim pium est
se dicet, Dei uerbum ad artes Magicas,
& diaboli lamia usurpare. Si ebriosus
eo se defendere uellet, quod nil nisi bo-
nas Dei creaturas sumeret, ceruiscian-
& uinum. Item si missarius sacerdos
uellet prætexere: Missa bona est, quia
nil nisi bona uerba ædo. Num hoc mo-
do se defendit? Nequaquam. Intro-
spicienda enim caussa est, & finis, quia
Missa

C A P V T . X I X .

Missas celebrent: quod si fiat, iniurieties.
facile angularem istiusmodi missam pe-
iorem esse quavis blasphemia & læ-
sione diuinæ maiestatis . Caussa est,
quod uerbo Dei abutantur , quod ab=
negent opus,& effectum Christi , & id
suo operi adscribant, quod soli preciosi
so & innocentis sanguini Christi tribu-
endum est .

Qui autem isti exorcistæ fuerunt ?

Erant septem filij Sceuæ Iudæi, pris-
cipis facie dotum. Magna sunt omnia,
sancta, docta, eximia, & potentia, qua-
cunq; Deo & Christo eius, Domino
nostro resistunt. Quum magnificū no-
men Tetragrammaton nihil efficeret,
ex superstitione, & curiositate nomen
Iesu usurpabant, cogitantes: Hem, re-
bene succedet, Paulus dæmonia expel-
lit per nomē Iesu : tentabimus & nos.
Rem ergo aggrediuntur, & clamitant:
Adiuramus uos per nomen Iesu, quem
Paulus prædicat.

*Quid malignus spiritus agebat ad istā
adiurationem ?*

Re,

ACTVM APOST.

Respondens, dixit: Iesum noui,
Parvum scio: uos autem qui estis? Et in
filiens in eos homo, in quo erat dæmon
nium malū, & dominatus eis, inuuluit
contra eos, ita ut nudi & uulnerati efflu-
gerent de domo illa. Deus potētior Sa-
tana est, non permittit ipsum agere se
cundum eius uoluntatem malignam.
Hic autem oportet ut in homine man-
at, doctrinam S. Pauli confirmet, blas-
phematores Dei, & exorcistas impios
prosternat, & uulneret. Et hoc exem-
plum positum est omnibus, qui Magi-
cas artes, cantiones, uirgas ueneficas,
& cæteras astutias Pythonicas exercēt.
Nam Exo. 20. Deus non insontem illi
habebit, qui nomen Domini in uanum
sumperit.

Quid utilitatis hoc factum adferebat?

Principiō incidit timor super omnes
illos, & magnificabatur nomen Domi-
ni Iesu. Multiq; credentium ueniebant
confitentes & annunciantes facta sua.
Deinde etiam multi ex eis, qui curiosas
artei

C A P V T . X I X.

antes exercuerant, comportatos libros
exiſſerunt coram omnibus: & suppū-
tatis precijs illorum, repererunt quinque
quagies mille numum. Bei ſechſt-
halb cauſent gulden. Ita fortiter creſce-
bat sermo Dei, & confirmabatur. Hoc
potentissimum exemplum eſt fidei &
poenitentiae. Hi exorcistæ & Magi in
discrimen ponunt in uno die plusquam
quinquies mille, et quinquaginta aureo-
rum numorum, propter Euangelium;
Papiste, & Missarij sacerdotes uix, pro-
pter Deum, grossum amitterent, Quis
tamen non pauci eorū conuicti, adeoque
certi ſint, Missas suas meram corā Deo
eſſe abominationem, & blaſphemiam.
Quid preterea apud Ephesios fie-
bat?

Ortus eſt autem illotempore tumul-
tus non exiguis de templo Dianaë.

Qualis dea erat Diana?
A gentibus pro tali dea habebatur,
quaet daret omnibus creaturis uiictum.
Habebat autem magnificum templum

S

ACTVVM APOST.

Ephesi in Asia, cuius simile in toto ter-
rarum orbe non habebatur. Quod etiam
am inter præcipua miracula mundi re-
putatur. Incensum uero ab Herostrato
quodam homine sceleratissimo, non alii
am quidem ob caussam, q̄ ut præclarū
aliquod nomen sibi inde compararet.

*Estne redificatum templum hoc
Dianæ?*

Est, & quidem maximis non solùm
ciuum Ephesi habitantium, sed & o-
mnium totius Asiae populorum sum-
ptibus. Ac post quadringentos detinum
annos ad fastigium perductum. In hoc
templo Ephesij simulachrum Dianæ
ponebant, prætexentes, illud è cœlo
delapsum, ut & scriba quidam ibidem
affirmabat, sed falso.

De quānam re ortus iste tumultus?

Demetrius, faber argentarius, facie-
bat delubra argentea Dianæ, præsta-
batq̄ artificibus nō exiguum questum,
quibus conuocatis, & ijs qui similiū res-
gum erant opifices, accusabat Paulum,
conans

C A P V T X I X .
eonans ipsum ex ciuitate expellere :

Quæ erat accusatio ?

Dicebat : Viri, scitis, quod ex hoc os-
pificio quæstus nobis est : & uidetis &
auditis, quod nō solūm Ephesi, sed per
totam penè Asiā Paulus hic persuasit,
& auertit multam turbam, dicens: quod
non sint dij, qui manibus fiunt. Indicat
præterea, quid incommodorum insequu-
turum sit. Non solūm autem hæc pars
nobis in periculum uenit, ne reprobe-
tur: uerum etiam ne magnæ deæ Dia-
næ templum pro nihilo habeatur: futu-
rumq; sit, ut etiam destruatur maiestas
eius, quam tota Asia & orbis colit. Q.
dicere uellet : Quod si uos incommo-
dum artificij uestri non admonet ad re-
pugnandum, tamen contemptus ma-
gnæ illius Dianaæ uos commoueat. E-
gregius prætextus, sed nociuus & sedi-
tiosus.

Quid ista accusatio operabatur ?
His auditis, repleti sunt ira, & exclau-
sauerunt, dicentes ; Magna Diana

ACT V M A P O S T.

Ephesiorum. Ita & nostro tempore Pa-
pistæ clamitant: Papa, Papa, patres, pa-
tres, Concilia, Concilia, Roma, Roma:
faciūt perinde ac si multum solliciti sint,
& occupati de religione conseruanda,
& cultu diuino, sed res multo aliter se
habet, nempe, utilitas, cura uētris, ipsos
exagitat. Nam uenter ipsorum Deus est.
Qui cupit Dei cultum conseruare, no-
faciūt insanis clamoribus, tumultibus, fe-
ditationibus, & dissensionibus intestinis,
sed certa ratione, doctrina sana, & con-
firmatione ex sacris Biblijs. Apud nos
plebs nihil sollicita est de retinendo vel
instaurando uero Dei cultu. Sed hic os-
mnes in uno oculi momento fiunt do-
ctores, Theologi, Ecclesiastes, patroni,
& propugnatores doctrinæ & religio-
nis diuinæ, non ex amore Dei, sed ex
cura uentris, & spe lucelli. Quodcumq;
enim quis ex corde diligit propter Deo,
Deus eius est: Avaro diuitiar, potentia,
potentia, lucrum cerdonibus & opifici-
bus, uenter sacerdotibus & monachis.
Et

C A P V T X I X .

Et peccant istiusmodi homines contra primam et secundam tabulā. Cōtra pri-
mam, quōd alienos Deos colant. Con-
tra secundam, quōd proximo suo per-
astus, superstitiones, & fictas religio-
nes, sine uerbo Dei, furentur.

An argentarij tantum artifices seditio
si sunt?

Impleta est ciuitas tota confusione.
Ita enim in seditiosa ciuitate fit: Primū
duo uel tres coniurant, fabrefaciunt fa-
ctionem, deinde attrahunt aptissimos
quosq; ad hanc rem. Mox omnium ui-
cinorum parietes penetrat, & tādem to-
tam ciuitatem. Nam plebs curiosa est,
& animal uarium, & indomitum, quod
ubi habenas arripuerit, furibundū hinc
inde fertur, nec prece, nec fletibus flecti-
tur: Concurrunt omnes, cōclamant ac
commouentur, etiam in insontes, ut hic
Paulo siebat.

Molestatbat hæc seditio solum Pau-
lum?

Hic considerandum est, ut exiguus

ACTVVM APOST.

ed multus crescat , & uires acquirat
undo . Demetrius iniuste accusabat
Paulum, continuo habet complices , &
tota ciuitas confunditur , impetum faci-
unt uno animo correpto Gaio & Ari-
starcho Macedonibus, comitibus Pau-
li . Alij quidem aliud clamabant . Erat
enim concio confusa , & pleriq; nescie-
bant , qua de caussa conuenissent , do-
nec Iudaeum Alexandru protraherent ,
qui fortassis cæteros defendere uolebat
Iudæos , & omnem culpam in Gaium
& Aristarchum transferre .

Quis erat iste Alexander?

Ille proculdubio , de quo & Paulus :
Timo. ultimo : Alexander multum ma-
li mihi inflixit , Dominus reddat ipsi se-
cundum facta eius . A quo & ipse caue-
as . Nam uehementer restitit sermonis
bus nostris .

At qui nolebant Ephesij hunc audire ?

Vt cognouerunt eum esse Iudæum ,
uox orta est una omnium , fermè ad ho-
ras duas clamantium : Magna Diana
Ephes

C A P V T X I X.

Ephesiorum. Q. dicere uellent: Num
sic nostra dea abiici debet, quis haec
pateretur? Diana talis dea est, tantæ ma-
iestatis & potentie, tantæ celebritatis, ut
non solùm Asiani, sed & totius orbis re-
ligiosi homines huc conueniant, & ipsi
honorem exhibeant, quid boni nobis
inde sequeretur? citius moriamur, q̄
coelestem illam imaginem contemptui
haberi patiamur. Metuebant enim si-
bi ab Alexandro, quem tandem Iudæ-
um esse cognoscebant.

Quid Paulus agit ad istum tumul-

tum?

Volente ipso intrare ad populū, non
permiserunt discipuli. Quidam autem
& ex Asiae primoribus, qui erant amici
eius, miserunt ad eum, rogantes, ne se
daret in theatrum. Alijquidem igitur
aliud clamabant. Erat enim concio cō-
fusa, & pleriq̄ nesciebant, qua ex caussa
conuenissent.

Quomodo componebatur iste tumul-

tum?

ACTVM APOST.

Scriba sedabat populum, dicens: Vnde Ephesij, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cultricē esse magnæ deæ Dianaæ, & à Ioue de lapsi simulachri? Cùm igitur his nemo contradicat, oportet uos sedatos esse, & nihil præcipitanter agere. Adduxisti enim homines istos, neq; sacrilegos, neque contumeliosos in deam uestram. Quòd si Demetrius, et qui cum eo sunt artifices, habent aduersus aliquem causam, conuentus forenses aguntur, & proconsules sunt, accusent iniucem. Si quid autem de rebus alijs queritis, in legitima concione dirimetur. Nam periculum est, ne seditionis hodiernæ refliamus: cùm nulla subsit cauſa, unde poterimus reddere rationem concursus istius. Et cùm hæc dixisset, dimisit concionem.

Cur ita graphicè Lucas describit scribere concionem?

Vt ostendat exemplum politicæ prudenter, & sagacitatis, nempe multo cōducibile

C A P V T X I X.

ducibilis esse, istiusmodi in rebus amica transactione ac compositione uti, & minis, iurgijs, & altercationibus. Nam quum omnia essent confusa, tamen hic scriba tumultum sedat, & singuli sese domum conferebant.

An & istiusmodi ciuilis prudentia exigitur in eccllesia?

Sic: Est enim donum Dei. Et ut Deus orandus est pro cōmuni pace, ita etiam pro hoc dono, ut Deus hancce politicam prudentiam, sagacitatem, & comitatem rectoribus, & iudicibus populi det, quibus eō commodius & tranquillus subditos suos gubernent: Ecce, scriba hic non tumultuatur, non clamitat, non fremit, non insanit, non intonat, sed amica admonitione sermonem suū adtemperat, ut nolint uelint cogantur esse sedati, & compositi.

Quid sibi uolum hæc uerba scribæ: à

Ioue delapsi simulachri?

Legitur in gentilium historijs, quando Ethnici rectores uolebant aliquem

S,

ACTVM APOST.

cultum diuinū instituere, faciebant per
insignes artifices fieri imagines quām
maximē mirandas, deinde artifices eātū
uel occidi clam, uel in exilium trudi, ne
unquam ad notos populos uenirent, &
referebant deinde idolatricī suis sacer-
dotibus & cultoribus, ista simulachra ē
cōelo delapsa esse. Iste rumor deinde
permanabat ad plebeculam rudem. Nō
aliter Ephesiorum cītati imponebat
tur, ut & rex Ptolemæus decipiebat A-
lexandriam eadem imagine, qui eius
artifices mirandos etiam interficiebat;
Idem Troianis accidit cum Palladio,
& Romaniscum insignibus, quāe An-
cilia dicebant, quāe etiam ē cōelo uenī-
se fingeabant.

Puitne ex talis supersticio apud Chri-
stianos quosdam?

Sic: Quoties ausi sunt in iniusioni-
bus sanctorum, & campestribus facel-
lis proclaimare, hanc uel illam statuam
esse sacram, hac uel illa virtute esse præ-
ditam? Imo quōd fierent nonnunquā
ex

C A P V T X I X .

Excondolentia. Quædam imagines nō
lebant ferre colorē ascititum, & cerus-
fas. Nolebant etiam ab alienigena por-
tari. Et si quando unius eiusdem cypsan-
cti imagines in diebus rogationum im-
miscerentur, nolebant separari rursus.
Sed quis enumerare possit omnes Satanae
imposturas . Nos Christiani certò
scimus, nullam imaginem uel auro uel
argento obductam, neq; ligneam, neq;
lapideam è cœlo descēdere, sed piē cre-
dimus, & uerè confitemur, ipsum filiu-
m Dei Iesum Christum è cœlo descen-
disse , & in mundum uenisse , ut nos
liberaret à potestate diabolica, à tyran-
nide mortis, ab aculeo peccati, & crucia
tu inferorum. Hunc Christum audia-
mus, de quo uox è cœlo audita est : Hic
est filius meus dilectus, in quo mihi be-
neplacitum est, hunc audite.

Quid ergo discernas ex scriba huius
relatione ?

Tria. I. Ut politicam pacem,
discipli-

ACTVM APOST.

disciplinam, & iusticiam etiam tenemus in omnibus rebus.

II. Ne quis alienis negotijs se ingrat, sed suæ uocationi studeat.

III. Si quis caussam aduersus alium habuerit, exequatur eam coram ordinato magistratu, nec ullas ob id turbas det, nullam seditionem excitet, ut hi Ephesi faciebant. Si ergo ad hæc necessaria etiam fides accedit in Iesum Christum, & homo proximum suum salutat, lætit omnia precatur ex animo: ipsi⁹ exhibet, quæ sibi exhiberi uelit, Tum demū recte fit, & Deus benedictionem suam in nos effundit, & hic & in futuro sculo.

CAPVT XX

Quid Paulus agebat à tumultu Ephesiorum?

POST Q. VAM cessauit tumultus, uocatis ad se Paulus discipulis, complexusq; illos profectus est, ut iret in Macedonia.

C A P V T X X .

doniam. Cùm autē perambulasset par-
tes illas , & exhortatus eos fuisset multo
sermone, uenit in Græciam , & ibi per
menses tres egit . Hic considera dili-
ligentiam Pauli , ecclesiam quam Phi-
lippis, Thessalonicæ, Athenis, & in cæ-
teris locis plātauerat & ædificauerat, uo-
lebat etiam rigare, & consolari, ne de-
crescerent, sed potius augerentur. Ec-
clesia instar horti uel uineæ se habet, ni-
si enim hortus fore aut pluuiia irrigetur,
præ æstu exarescit: Non aliter Chri-
stiana ecclesia minuitur per multas tri-
bulationes & persecutiones . Nisi a-
qua & refrigerio Spiritus sancti irrore-
tur & sustentur.

Quod Lucas ait , quod Paulus ipsoe
multis uerbis exhortatus fit ?

Vt indicet, quam diligens & beneuo-
lus extiterit in uerbi ministerio, quamq;
fidelis . Quod si enim patrem familiæ
prudentem eum habemus , qui non so-
lum diuitias & bona cōgerit, sed & pa-
ta conseruat : Non minus etiam Paulus
prudens

ACTVVM APOST.

prudens fuit, prædicator & diligens, &
fidelis, qui non tantum operam dedit,
multos Christianos lucifacere, sed eti-
am plurimum studij in eo posuit, quo fa-
ctos quam optimè conseruaret. Imo
utilius existimabat, partos Christianos
retinere, & in fide confirmare, quam
hos negligere, & nouos caprare. Dus-
rus & inhumanus pater est, qui libens
suis corporalia alimenta non præbet,
Quantò inhumanior est prædicator,
qui subditis suis spiritualem panē, uer-
bum Dei, subducit, aut non sincere se-
cat? Quoniam autem Paulus multos
filios spiritualiter genuerat per Iesum
Christum, uult ipsis etiam spirituali-
bo benignè prouidere. Atq; illude est,
¶ tribus mensibus in Græcia maneat,

Quānnam mercedem Paulus repor-
tat ex ista diligentia & cura?

Quum uellet in Syriam soluere, stra-
ctæ sunt illi insidiæ à Iudeis. Quem ter-
ra domare non poterat, tumultibus cō-
citatis illum clam uolebant in mari os-
cidere,

C A P V T X X .

cidere . Prorsus enim ita affecti erant et persuasi , ut si Paulus dominus esset , totum Euangeliū in summum periculum uenturum , & extrema passurum . Sed eius uentus nequaquam respondet impietati gygantice , Nemo enim per nequitiam saluatur , sed multò magis perit .

D a exempla .

Cain putabat , si frater suus Abel cecidisset , rem suam benè habituram , quæ reddebat multò deterior . Ita & Saus lo accidebat cum Dauide . Similiter & summis sacerdotibus , Phariseis , & Iudeis cum Christo . Putabant se pacē habituros , occiso Christo , uerū tum deum in afflictionem et calamitatem ueriebant , & extreum exitium .

Quis Paulus non desistebat à uerbi prædicatione , cùm alia merces non se queretur ?

Qui poterat desistere ? Crux & persecutio neminem auocent à sua uocatione , nec in politicis etiam negocijs , multò minus in diuinis rebus . Tamen ne

Deum

ACTVVM APOST.

Deum tentare uideretur, subducebat se
præsentī periculo. Quum enim uideret
peregrinationem suam in Syriam non
satis tutam esse, reuertebatur in Mace-
doniam. Inde discamus, ut quisq; dili-
genter & fideliter suæ uocationi incū-
bat, etiamsi immineat periculum aliis
quod. Deus enim fidelis est, qui omnia
in bonum potest conuertere.

Quomodo in Syriam peruenit?

Deus bonum comitatum ipsi parati.
Sic enim S. Lucas inquit, comitatus ei-
autem eum usq; ad Asiam Sopater Be-
rhœensis: Thessalonicensium uero A-
ristarchus, & Secundus, & Gaius Der-
bæus, ac Timotheus: Asiani uero Ty-
chicus & Trophimus. Hic cum præce-
sissent, expectarunt nos Troade: nos ue-
ro ab nauigauimus post dies azimordi
a Philippis, & uenimus ad eos Troadē
intra dies quinq;, ubi demorati sumus
diebus septem. Hic uidemus ut Deus
suos defendat, custodiat, & consoletur,
Imò quanti Græca ecclesia Paulum fe-
cerit;

C A P V T . X X .

terit, quum ad eius profectionem tam
eximios homines disposuerit, qui omnes
suis impensis ipsum deducebant.

Quid uero apud Troadem fiebat?

Vno die sabbathorum, cum conie-
nissent discipuli ad frangendum panem,
Paulus disserebat eis, prefecturus pos-
tridie, protracto sermonem usque in me-
diam noctem.

Qualem panem frangebant?

Ex contextu non colligitur, an de co-
muni pane dictum sit, an de uenerando
sacramento. Sed credibile est, quum &
S. Lucas dicat Sabbathum fuisse, & dis-
cipulos conuenisse ad frangendum pa-
nem, Paulumque ipsis praedicasse, quod
participauerint sacramentum coenae Do-
minicae. Et audiuerunt adhuc semel
Paulum ante discessum eius.

At quib[us] est: ad frangendum panem,
quod de sacramento intelligi non po-
test, nisi de una tantum specie?

Hebraica phrasis sub dictione panis
utrumque comprehendit, cibum & potum.
T

ACTVM APOST.

ut & in oratione dominica per quotidianū panem intelligitur omne id quod ad uitium & corporis sustentationem attinet. Deinde & discipuli non acceperunt Sacramentū sub una tantum specie, ut Papistæ somniant, sed secundum institutionem Christi, sub utraq. Discimus etiam ex hoc loco, quid à communione mensæ Dominicæ nobis agendum sit, Nempe ut Euangeliū prædicemus, secundum Christi mādatur, ubi inquit: Hoc facite, quotiescunque bibetis, in mei commemorationem. Quare hic nō est uerus usus Sacramenti huius, ut sacerdos in angulum aliquē se abdat, & celebret uel missit et Missam, non autem uerbum Dei prædicet, nec Sacramentū cœnæ Dominicæ alijs pie & syncerē subministret. Nec enim tum auditores quicq; uerborum Domini audiunt uerē. Deinde & aliud nihil uident nisi uelificationem, cruciū notationem, manuū subleuationem, cubitorū extensionem, ut interim præterea impiam

C A P V T X X .

Impiam opinionē , qua utriq; inuoluti
quasi sunt , Missarū pariter & specta-
tor , quæ est , quod Missa sit opus bonū ,
& sacrificiū propitiatoriū , ut quæ & ani-
mas expurgatorio igne liberet . Chri-
stus enim hoc Sacramentum Testamē-
tum Deiuocat , sanguine suo innocen-
te , inq; nostri redemptions , et æternā
liberationem effuso , confirmatum .

Quid inter concionandum accidebat ?

Quum essent lucernæ multæ in coe-
naculo , ubi eramus congregati . Sedens
autem quidam adolescens , nomine Eu-
tychus , in fenestra : cùm degrauaretur
somno profundo , differente diu Paulo ,
magis depresso somno , decidit ex ter-
tio coenaculo deorsum , & sublatus est
mortuus . Horrendum hoc exemplum
est , ijs probè obseruandum , qui ad di-
uinam buccinam in templis stertere so-
lent . Dum enim adolescens iste tam
oscitantur uerbo attendit , ut interim ei
am in soporem soluitur , permittit De-
us , ut humi decidat . Quicunque enim

T 2

ACTVVM APOST.

non summa cum cura prædicationis au-
scultat, non tantum de se prodit cōtem-
ptum salutis propriæ, sed & indicat se
diuinam maiestatem contemnere & læ-
dere. Qui iam propriam salutem nō cu-
rat, & uerbum Domini insuper etiam
spernit, proculdubio nō huius tantum
mortis, sed & æternæ supplicio dignus
est. Quare in concionibus uiigilemus,
& diligenter animum aduertamus, ne
Satan nos inter dormiendū opprimat,
& in angustiam adducat.

Quid Paulus agebat ad istud infortiu-
num?

Quum descendisset, incubuit super
eum, & complexus dixit: Nolite turba-
ri, anima enim eius in ipso est. Cūma-
scendisset autem, fregissetq; panem, at
degustasset, diu collocutus usq; ad dilu-
culum, ita demum profectus est. Addu-
xerunt autem puerum uiuentem, & re-
focillati sunt non mediocriter.

Quod si Paulus hunc adolescentem ex mor-
tuis resuscitauit, nō peccauit in somno suo?
Paulus

C A P V T X X .

Paulus ipsum euocat ē morte, ut illo miraculo indicet, quōd prædicatio Euangelij non sit prædicatio mortis, sed uite: non perditionis, sed conseruationis. Et quōd Euangeliū neminem ad insuritum trahat, præterquam eos, qui illud contemnunt, & oscitanter tractant;

Quomodo resuscitauit?
Incumbebat super ipsum.

Cur isto gestu uocabatur?

Imitat̄ur in hoc Prophetas Heliā & Heliſaeum, qui simili gestu mortuos exuſcitabant. Cūm enim eundem prædicet Christum, quem & Prophetæ omnes prædicauerant, uolebat etiam similes gestus usurpare, & indicare, quōd Deiuerbum in utroq; tum ueteri tum Nouo Testamento tam potens, tamq; efficax sit, ut mortuos uitæ pristinæ restituat.

Quid paulus agebat relicta Troade?
Lucas describit perfectionem eius in Asiaticas regiones, dicens: Nos cōscenla nauis soluimus Asson, inde excessus

ACT VVM A POST.

pturi Paulum. Sicenim ordinauerat ipse per terram iter facturus. Cum autem conuenissemus Asson, recepto eo uenimus in Mytilenem. Et inde nauigantes, sequenti die uenimus contra Chios. Postridie uero appulimus Samum, & cōmorati Trogyllij, proximo die uenimus in Miletum: proposuerat enim Paulus præternauigare Ephesum, ne tēpus tereret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem pentecostes ageret Hierosolymis.

Quid agebat Paulus Miletī?

A Mileto missis Ephesum nuncijs accersiuit presbyteros ecclesiarum: qui cōpuenissent ad ipsum, dixit eis: Vos scitis à primo die quo ingressus sum Asia, quomodo uobiscum per omne tempus fuerim, seruiens Dño cum omni animi humilitate, cumq; multis lachrymis & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudeorum, ut nihil suffugerim eorum quæ essent in rem uestram, quia annunciarē uobis, & docerem uos publice

C A P V T X X .

blicè ac per singulas domos , testificans
Iudæis simul & Græcis , eam quæ erga
Deum est , poenitentiam ac fidem , quæ
est erga Dominum nostrum Iesum .

Quid Paulus agit in hac adhortatio-
ne ?

In principio orationis suæ recenset
diligentiam suam , curam & operam .
Itemq; lachrymas tentationesq; , quæ si
bi acciderant ex insidijs Iudæorū clam
& manifeste . Quodq; per istiusmodi
ab instituto et officio suo minimè deter-
ritus sit , sed perrexerit in nomine Dñi ,
neq; quicquam illis precluserit , quod ad
Christianam institutionem & discipli-
nam faceret , sed omnia fideliter adnun-
ciauerit .

Quid ad Christianam disciplinam per-
timet ?

Poenitentia & fides . Poenitentia les-
sem videt : Euangelium fides apprehen-
dit . Hæc Christianus teneat necesse est ,
nempe , quid lex sit , ad quid faciat , &
qui ea utendum . Deinde etiam , quid

ACTVVM APOST.

Euangelium sit , qui finis eius , & quis
usus uerus . Vultea ratione S.Paulus
ostendere , quomodo ministri uerbi ins-
tructi , affecti , & parati esse debeant ,
nempe humiles , benigni , diligentes , fi-
deles . Et si quid persecutionum incide-
rit , homines consolentur , illis nihil sub-
ducant , illos nihil celent , quod ad salu-
tem æternam faciat .

Quid amplius S. Paulus agit in hac
contione ?

Indicat , quid facturus sit , quō profe-
turus . Nempe Hierosolymam , & quo
modo Spiritus sanctus sibi ostenderit ,
quōd multa ibidem pati debeat , & de-
glutire ; sed non deterretur , non deſcī-
tur , nihil maius & excellentius suo offi-
cio habet . Parat & accingit se ad cōplen-
dum auxilio Dei cursum suum , in ho-
norem sancti Euangeliū , & iam immi-
nere tēpus , quo ipsius aspectu frui non
liceat . Qua quidem re etiam pulchrum
proponit exemplum , ut quis cę suæ uo-
cationi incumbat , siue spiritualis siue
secularis .

C A P V T X X .

secularis, ut dicunt, sit, nec ueritat oculos
ad ea, quæ sibi accidunt ob sanctam uo-
cationem, quam sustinet: Mercedem e-
nim proculdubio à deo accipiet. Atque
instituit grauem adhortationem ad Epi-
scopos & prædicatores.

Q[uod]omodo sonat ista adhortatio?

Ita ait: Contestor uos hodierno die,
quod mundus ego sum à sanguine o-
mnium. Non enim subterfugi, quo mis-
nus annunciarim omne consilium Dei
uobis. Q[uod] dicere uellet: Ego meo qui-
dem munere functus sum: quod si uos
iam oscitabundi existetis in uestro offi-
cio, ipsi uideritis, mihi nō imputabitur,
ut & Deus Prophetæ Isaiae loquitur, 58.
& Hezechiel 33.

Tacebitne ergo prædicator, et cōni-
tebit, aut omnia prodet. Dicitur e-
num: quod tua non interest, percontas
ri desinas?

An uero putas quod non agatur &
concernat res prædicatoris, si quan-
do accipit, in sua congregatiōne esse ma-

T,

ACTVVM APOST.

nifestos dei blasphematores, usurarios,
predones, fornicatores, adulteros, ebrios,
& id genus alios nebulones. Quis
enim ibi taceret? Ecquid audisti quod
Deus ad Prophetam dicit: quod uelit
sanguinem peccatorum, a pastorū ma-
nibus exigere?

Quare castigabunt prædicatores pec-
cantes?

Propter multas cauſas, quas omnes
Paulus hic recenset.

Da primam?

Ait sic: Attende uobis & cuncto gen-
eris, in quo uos Spiritus sanctus posuit et
piscopos ad regendam ecclesiam Dei.
Q. dicere uellet: Quod si neglexeritis
haec, non in mortalem hominem, sed in
Spiritum sanctum & Deum immorta-
lem peccabitis: quod peccatum omnium
horrendissimum est, quod neque in hoc
neque in futuro seculo remittetur.

Da secundam?

Inquit, Christum ecclesiam suam san-
guine suo adquisiuisse. Quare eam in
honore

C A P V T X X .

honore haberent uult : hic ipsi magistrus, prædicatores, & patres familiæ uiderint, qui suos offendit & lædi sinunt, ut irrationales animantes.

D a tertiam ?

Ego noui hoc, inquit S. Paulus, quod ingressuri sint post discessum meum lupi graues in uos, non parcentes gregi. Et ex uobisipsis exorientur uiri, loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se: propter quod uigilate memores, quod per triennium nocte & die non cessauerim cū lachrymis monere unumquemque. Hic S. Paulus prædicit multa de inimicis crucis Christi, quos lupos saeuos non cupat. Ideo quod crudeliter oues Christi dilaniaturi sint, & dispersuri.

D a cauam quartam ?

Et nunc cōmendo uos fratres, inquit, Deo, et sermoni gratię ipsius, qui potes est superstruere & dare uobis hæreditatem inter sanctificatos oes. Et ut eō magis hęc admonitio ipsorū pectora transfigat, & penetret, seipsum exemplum ponit,

ACTVVM APOST.

ponit, dicens: Argentum & aurum, aut
tuestem nullius concupisi: imo ipsi scis
tis, quod necessitatibus meis, & his qui
mecum sunt, suppeditauerunt manus
hæ.

Vnde ergo Paulus uicit auit?

Iam de labore manuum suarum, nam
tabernaculorum textor erat: Iam uero
de eleemosynis reliquæ ecclesiæ. Cum
enim Paulus in Asia esset, nutriebant
ipsum Græci & Macedones: si in Gra-
cia, sustentabant ipsum Asiatici. Sic ait,
2. Cor. ii. Quum apud uos essem, & ege-
rem, nemini molestus eram, Nā inopie
meæ succurrebant fratres ex Macedo-
nia. Ita & in hunc modum hic dicit: Ha-
manus & mihi, & qui tecum fuerunt,
suppeditauerunt. Omnia ostendi uo-
bis, quod sic laborantes oportet suscipe-
re infirmos, ac meminisse uerborū Do-
mini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatum
est dare potius quam accipere.

Vbi dicit Christus haec uerba?

Non per omnia ad uerbum habetur

in

C A P V T X X .

in scriptura, sed ad sensum colliguntur.
Quid enim aliud est (Date & dabitur
uobis. Et: qui etiam minimis meorū po-
tum aquæ dederit in meo nomine. A-
men dico uobis, quod mercedem suam
recipiet in regno cœlorum) quam: Da-
re est beatius, quam accipere . Contra
hanc sententiam peccant omnes Franci-
scani, Terminarij, Stationarij, & reliqui
mendicorum ordines & Regulæ.

Quid Paulus à prolixa ista concione

faciebat ?

Positis genibus suis, orauit cū omni-
bus illis. Pro alijs hic orat, ut S. Iacobus
commonet.

Quid populus uero agit ?

Magnus fletus coortus est omnium:
& ruentes in collum Pauli, osculabātur
eum, dolentes : maximè ob sermonem
quem dixerat, quod amplius faciem eius
non essent uisuri . Credibile est, quod
non exiguo moerore adfecti sint pro-
pter discessum eius , ualde enim ipsum
diliebant, uidebant & audiebant om-
nium

ACTVVM APOST.

ntum cupidissimè , & lubentissimè . S.
Augustinus tria in uitæ suæ cursu ui-
dere optabat , si Dei uoluntas ita tu-
lisset : Romam in summo & pleno ui-
gore , Christum mediatorem & saluato-
rem nostrum in carne , & S. Paulum cō-
cionātem . Vnde facile liquet , q̄ efficax
uerbum Dñi in Paulo fuerit , quām dul-
citer ex ore eīus fluxerit , & manarit : ut
detur id etiam non obscurē in scriptis
eius , quām uir candidus fuerit erga bo-
nos , & quām acerbus erga præfractos .
Videntes uerò rem aliter teneri non
posse , deducebant ipsum ad natum , &
Dei uoluntati committebant .

CAPITA XXI.
ET XXII.

Quid hīcē duobus capitib⁹ continetur?

NAVIGATIO Pauli , relicto Mi-
leto , in Syriam , Tyrum & Caſa-
ream , & tandem Hierosolymā , & quid
ip̄i in istis locis acciderit .

Q̄d

C A P. XXI. ET XXII.

Quare tam graphicè nauigatio Pauli

lib. Luca describitur :

Vt constantia & magnanimitate Pauli ostendat, qui nullo periculo uel terrestri uel marino, deterreri potuit, quo minus impositum munus prædicandi exequeretur. Imò quemq; Christianum subit admiratio, quur Paulus tantopere Hierosolymam properet. Nam quamuis semper ex diuinis uatibus haberet, quod uinciendus esset Hierosolymis, tam non minori festinantia & celeritate eò se recipit, quam ad magna gaudia, ubi summo honore adficiendus sit. Et quod alibi uerbis ostendit (cupio dissolui, & esse cum Christo) id hic re ipsa declarat.

Quo pacto se hac nauigatio habuit?

Quum factum esset, ut soluissimus a uulsi ab eis, recto cursu uenimus Cottum: & sequenti die Rhodum, & inde Pataram. Et nacti nauem, quæ traïceret in Phoenicem, ea cōscensa soluimus. Cum autem coepisset nobis apparere Cyprus, relicta

ACT V V M A P O S T.

relicta ea, ad sinistram nauigauimus in
Syriam, ac uenimus Tyrum. Nam huc
nauis exponebat onus.

Quid Paulus apud Tyrios agit?

Quod Tyrus nobile esset emporium
& admodum celebre, & eō multi negoti-
ciatores confluenter ex toto terrarū or-
be, & Paulus reperisset discipulos, ma-
nebant ibidem septem diebus.

Quid discipuli cum Paulo confere-
bam?

Ne ascenderet Hierosolymam.

Quid est, quod Paulus à Spiritu san-
cto impellitur, ut proficiatur Hie-
rosolymam, & discipuli idem uelant
etiam ex Spiritu sancto?

Quod discipuli Paulo prophetant, ex
Spiritu sancto est: quod uero dicit, ne
Hierosolymam proficiatur, humana
est compassio & cōdolentia. Quum er-
go ista commonitio magis ex infirmita-
te carnis proficeretur, quam ex Spi-
ritu sancto, nolebat etiam Paulus ipso
rum sermonem accipere, sed perstat
in proposito suo.

Quid

C A P. XXI. ET XXII.

Quid ergo Paulus argbat?
Expletis diebus, dicit S. Lucas, pro-
fecti ibamus, deducentibus nos omni-
bus una cum uxoribus & filiis, donec
exissemus ciuitatem: & positis genibus
in littore, precati sumus. Et consalutatis
nobis inuicem, conscendimus nauim.
Illi autem redierunt ad sua. En hinc in-
gentem dilectionem discipulorum era-
ga Paulum. Non solum a uiris, sed & a
mulieribus ad mare usque deducitur.
Et si omnes huius facti circumstan-
tias recta uia, & penitus intropicere-
mus, & reputaremus, Christiani no[n] exi-
guum hic subierunt periculum: Nam
Iudei pariter & Gentes ita adfecti erant,
ut & Euangeli prædicatores, & audi-
tores persequerentur, præsertim qui
Paulo adhaerebant. Quid enim aliud
est, Paulum adsumptis uxoribus & libe-
ris deducere, quam Euangelium aper-
te confiteri, & se propter istam confes-
sionem cū omnibus in discrimen con-
ducere;

ACT VVM APOST.

Quid discipulos tam reddit animosos
et intrepidos?

Fides in Iesum Christum. Ita enim cogitant: Ecce propter nostrum magistratum, qui temporale tantum pacem procurat, in discrimen etiam mortis nos ponere debemus & solemus, cur idem non praestaremus Domino nostro Iesu Christo, et Apostolis suis, qui nobis pacem uitamque eternam adnunciavit. Hoc quidem exemplum merito omnes Christiani imitandum sibi proponere debebant.

Cur Lucas ita significanter addit: genibus flexis, uel positis, nūquid ea res tantoperē inuocationem promouet?

Gestus iste precationi nihil addit, nihilominus tamen frustraneus non est. Primo pulchra & concinna est disciplina, qua seniores adolescentes ad prectionē inuitent. Deinde ut nos ipsos per externa opera internē in cordibus præparemus ad seriam inuocationem diuinī numinis. Quod si homo ab homine quippiam

C A P. XXI. ET XXII.

Quippiā impetrat, si eum orauerit, quanto magis à Deo omnipotenti, qui dicit Esa. ultimo: Respicio pauperculum, & contritum spiritu, ac trementem sermones meos: Non pudebit Christianū hominem flexis genibus Deum precibus suis fatigare.

Quid Paulus faciebat soluens abora Tyriorum?

Nos nauigatione explicita, inquit Lucas, a Tyro, descendimus Ptolemaidam; & salutatis fratribus, mansimus diem unum cum illis. Postridie uerò nos, qui eramus cum Paulo, uenimus Cæsareā. Et ingressi domum Philippi Euangeliæ, qui erat unus è septem, māsimus a pudore. Huic autem erant quatuor filiae virgines prophetantes. Duo hic diligenter consideranda sunt, Primum omnium discipulos inquirit, uicissim & amicissimè discipuli se erga Paulū exhibent, suscipiunt ipsum, hospitio dignant, pascunt, cōsolantur, et deducunt. Quæ certè res oībus uerè Christianis exem

A C T U V M A P O S T .

plum sit, ut sint hospitales. Nā per istud
quidam ignoranter etiam angelos exce-
perunt hospitio. Secundō uero hic de-
scribitur Philippus, unus septem Dias-
conorum Mensæ fratrū. Hanc rem ita
clare & significanter exprimit S. Lu-
cas, ut futuras sectas, quas Spiritus san-
ctus suis prædicebat, confundat, spur-
cos canes, matrimoniorum iustorū os-
res, Papistarū colluuiem, qui piorum
presbyterorum coniugia honorabilia
blasphemāt. Isti in hominibus bipedum
nequissimis S. Lucas hic os obturat,
dicens: quod S. Philippus Euangelista
quatuor filias legitimo thoro natas ha-
buerit, easq; prophetantes, certò plena-
Spiritus sancto, ab incunabulis piē be-
neq; institutas in timore Dei, quæ & ip-
sæ Paulo prædixerunt, quæ ipsi immi-
nerent ab Hierosolymitanis. Hic Papi-
stæ manifesti fornicatores, spuri adul-
teri coram Deo, & mundo toto pudore
suffundantur oportet: nec unq; in caute-
riata sua conscientia gaudio adfici posse
runt.

C A P. XXI. ET XXII.

Quid Cæsaræ fiebat?

Quum ibi permaneremus aliquot dī
es, aduenit quidam à Iudæa propheta,
nomine Agabus. Is cū uenisset ad nos,
tulit cingulum Pauli, & alligans sibi pē
des ac manus, dixit: Hæc dicit Spiritus
sanctus: Virum cuius est cingulū hoc,
sic alligabunt Hierosolymæ Iudæi, tra-
dentq; in manus gentium. Hic est disci-
pulus Agabus, qui & antea per Spiritū
sanctum in gentem famem prædicebat,
super uniuersum terrarum orbem ueni-
turam. Idq; faciebat sub Claudio Cæsa-
re, ut in undecimo auditum est capite.

Quid amici & discipuli Pauli ad istud
uaticinum agebant?

Quum audissemus hæc, rogabamus
& nos, & cæteri qui loci illius erant, ne
ascenderet Hierosolymam. Idem in his
scē discipulis affectus condolendi fuit,
qui & in Petro, Matth. 16. quum Chris-
to diceret: Domine, sis tibi propitius.

Quos habuerunt sermones?

Mirum ni istiusmodi uerba dulcissima

ACTVVM APOST.
me Paule , quia certum periculū & exis-
tium tibi paratum est Hierosolymis, no-
nū Deum tentare, & periculum aliquod
subire . Præterea etiam extant populi
ad fidem per te conuertendi . Nec etiam
dubium est, quin & cæteræ ecclesiæ no-
næ à tua ædificatione pendeant, & con-
firmatione, præsertim in calamitosis hi-
sce temporibus . Quare licet tuī respectu
habere nolis , tamen tantum datum si-
ris Christianis nuper factis , & com-
morare nobiscum .

Quid Paulus respondebat ?
Dicebat : Quid facitis flentes & af-
fligentes cor meum ? Ego uerò non so-
lūm uinciri , sed & mori paratus sum
Hierosolymis pro nomine Domini lo-
su.

Quid Paulus non finit sc̄ hic exorari,
cūm Damasci in spora demitteretur,
& apud Ephesios audiret bonos am-
eos, ne se daret theatro ?

Non est intractabilitas, morositas, uel
difficultas, multō minus temeritas, sed
potius

C A P. XXI. ET XXII.

potius constans obedientia diuinæ uos luntatis . Hi quidem discipuli nihil iniusti perunt , nihilominus opus & uoluntas sancti spiritus procedere debebat .

Quod antea aliquando Paulus sibi fugi consulerit , fecit id omne ideo , quod tum temporis non haberet manifestum Dei uerbum de morte sua , ideoque ante tempus periculis se exponere nolebat . Iam uero in omnibus ecclesijs Dei uoluntatem percipiens , sibi per Spiritum sanctum manifestatam , omnia Dei uoluntati committit & resignat .

At qui profusset ecclesijs Paulicon-

uersatio inter uiuos ?

Isti humani sunt cogitatus , dicit enim Phil. 1. Scire uos uolo fratres , quod quæ mihi acciderūt , magis ad profectū Euangelij euenerūt , ita ut uincula mea manifesta facta sint in Christo in toto prætorio , ac cæteris omnibus , utque plures ex fratribus , freti uinculis meis , uberioris auderent impavidē sermonem loqui . In hisce rebus quidem

ACTVVM APOST.

magis respiciendum ad Dei voluntas
tem, quam humanis cogitatibus inha-
rendum.

Quid autem discipuli tandem age-
bant?

Quum uero illi non persuaderetur,
acquieuimus, dicentes: Domini uolun-
tas fiat. Ita & nostra instituta debet esse
petitio in omnibus afflictionibus. So-
lus enim Deus scit qd nobis prospicit. Ve-
nerunt autem una quidam ex discipulis
a Cæsarea nobiscum, adducentes secū,
apud quem hospitaremur, Mnasonem
quendam Cyprium, antiquum discipu-
lum.

Quid Paulus Hierosolymis agebat?

Postero die introibat Paulus nobis
scum ad Iacobū, omnesq; conuenerunt
presbyteri. Quos cùm salutasset, narra-
bat per singula quæ Deus fecisset inter
gentes per ministerium ipsius.

Quis iste Iacobus fuit?

Non filius Zebedæi, frater Ioannis,
Nam is ab Herode iam ante a occisus es

gab;

C A P. XXI. ET XXII.

rat, Act. 12. Sed Iacobus Alphæi filius,
qui ab Apostolis episcopus Hierosoly-
mitanus constitutus erat. Hunc Paulus
inuisit. Et quum seniores etiam conue-
nissent, narrabat ipsis quæ Deus circis-
ter uiginti annos per ministerium ipsi-
us inter gentes egisset.

Gloriandumne ergo de operibus bonis,

ut Paulus hic facit :

Paulus opera sua non propter se co-
mendat, sed ut gratiam & misericordi-
am Dei coram uniuerso mundo depræ-
dicer & declaret; quod & gentes suscep-
perit. Quotiescumq; enim Paulus de fe-
sermonem instituit, quam humilimè &
submissè graditur. Minimus ego qui-
dem Apostolorū sum, dicit. Item: post-
remò & mihi apparuit Christus, ut ab-
ortiuo : similescū sententiolas habet.
Quando uero orationem suam insti-
tuit de Dei miraculis, & uirtutibus, be-
nignitate, de cū eius misericordia, omnia
quam summè profert, & declamat.

V ,

ACTVVM APOST.

Quid ad hanc gloriationem Pauli di
scipuli agebant?

Quum audissent, glorificabant Do
minum. Hic animaduerte, nō Paulum
sed Dominum glorificabāt. Ec hæc ue
ra est forma, sanctos & Dei filios hono
re adficiendi. Nempe, si quando audia
mus, Deum per eos miracula ædere, ne
ipsos nos pro dījs habeamus, inuoce
mus, & sic Deo debitum honorem sub
ducamus, sed ut Deo in ipsis gloriā ac
laudem omnem demus, qui istos honi
nes, qui æquè atque nos, carnem & san
guinem habuerunt, tot tantisq; donis,
fide, charitate, spe, cæterisq; decorauit,
& tam misericorditer exaudiuit, ut filii
Dei factisint. Atque hinc occasionem
magnam nobis datam habemus, De
um orandi, ut & nobis talem fidem,
charitatem, spem & patientiam dare ue
lit, quò ad imitationem ipsorum, uitam
nostram erga Deum & proximum piè
instituere possimus.

281

C A P. XXI. ET XXII.

Quid uero agebatur Hierosolymis
de Paulo?

Accusabatur, quod defectionem do-
ceret à Mose, dicens: Non debere eos
circuncidere filios, neq; secundum insti-
tuta uiuere &c. Quid est ergo? oīno o-
portet conuenire multitudinem. Audi-
ent enim te uenisse. Hoc ergo fac quod
tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor,
uotum habētes super se. His assumptis,
purifica te cum illis: & impende super
illis, ut radant capita: & scient omnes,
quod, quæ de te audierunt, nihil sunt,
sed ambulas & ipse custodiens legem.
De his autem qui crediderunt ex genti-
bus nos scripsimus: decernentes, ne
quid huiusmodi obseruent, nisi ut ca-
ueant & ab his quæ sunt immolata si-
mulachris, & à sanguine, & suffocato,
& scortatione.

Quid Paulus agebat ad istud consi-
lium?

Assumptis uiris postero die purifi-
catus cum illis intrauit in templum, an-
nuncians

ACTVVM APOST.

nuncians expletionem dierum purifica
tionis, donec offerretur pro uno quoq;
eorum oblatio. Quæ Paulus antea uer
bis perscripsit, ea nunc re ipsa perficit,
Audit Iacobum, & seniores, fact quæ
lex imperat, confert se in templum, pur
gationem manifestam sibi conferri fa
cit, & dedicat oblationes etiam suas.
Quæ fruiola uerba audiuit hic Paulus
ab Iudæis pariter & gentibus. Mirum
ni effutuerint: An non hæc diximus,
homines noua inueniunt & quærunt,
ac perpresso primo æstu, ad pristinare
deunt, imò quasi relabuntur. Ita & Pau
lus iste facit: Quām acerbus enim, proh
Deum, in Mosen fuit, in operalegis, &
ceremonias patrum, iam erigit rursus,
& proprio exemplo ista omnia confir
mat: En hic inconstantem & fluctuan
tem ipsorum animum. Similimodo Pa
pistæ hodie intonant ac clamitant ad
uersus uerè Euangelicos uiros, si quan
do Christianam ceremoniam instituāt,
non ad iustificationem inde conseque
dam,

C A P.

XXI. ET XXII.

dam, sed cauſſa cōſeruandi eo modo po-
pulum in ecclesia apud uerbum Dei.

Quid uero Paulus accedit cum purga-
tione illa & uoto?

Dum septem dies iam penē essent ex-
plati, hi qui ab Asia erant Iudei, cūm uis
dissent eum in templo, conturbarunt to-
tum populum, & iniecerunt ei manus,
clamantes: Viri Israēlitæ, succurrite.
Hic est ille homo, qui aduersus populū
& legem, & locum hunc omnes ubique
docet; insuper & Græcos induxit in te-
plū, et prophanauit sanctum locū hunc.
Viderant enim Trophimum Ephesits
in ciuitate cum ipso, quem existimauer-
runt quod in templum introduxisset
Paulus. Quæ Spiritus sanctus hinc in-
de Paulo prædixerat, ea nunc satis su-
per experitur. Nam adsunt impij Iu-
dæi ex Asia, & falso deferunt Pauli no-
men, ita ut etiam capiatur, & tandem ca-
pite quoque plectatur.

Quid accedit in ista accusatione?
Commota est ciuitas tota, & factus
est

ACTVM APOST.
est concursus populi . Et apprehen-
sum Paulum, protrahebant è templo,
statimq; clausæ sunt fores . Hoc ius-
dæi ita habere uolebant , ideo ex Asia
Hierosolymam ueniebant . Hic uides
nimirum, quid quantumq; odij concilii
et operariorum furor cōtra ueros Chri-
stianos. Non curāt sanctam ciuitatem,
comprehendunt Paulum, etiam intem-
plo, non respiciunt ad Dei cultum. Nō
& ipsam plebis unitatem dissipant , tu-
multum fuscitant, tantum ideo, ut Pa-
lus intereat.

Quo pacto sedatur ista seditio ?
Quærentibus illis eum occidere, nō
ciatum est tribuno cohortis , quod tota
conturbata esset Hierosolyma . Quis ta-
tim assumptis militibus ac centurionis
bus decucurrit ad illos . At illi cū uidif-
fent tribunum ac milites , cessauerunt
percutere . Hic aperte uides, ut impij lu-
dæi magis homines, quam Deum cu-
rent, seculi magistratus plus timeant, &
subiungum omnipiu rerum opificem, &
uniuersitatem

C A P. XXI. ET XXII.

uniuersi Dominum. Tunc accedens tri-
bunus, apprehendit eum, & iussit allis
gari catenis duabus, & interrogabat:
quisnam esset, & quid fecisset. Alij autem
aliud clamabant in turba. Et cum non pos-
set certum cognoscere praetumultu, ius-
tifici duci eum in castra. Et cum uenisset ad
gradus, contigit ut portaretur a militibus
propter uiolentiam turbæ. Sequebatur
enim multitudo populi clamans: tolle
eum. Videntis hic effectum expressum in
iustæ iræ. Hic Centurio facit Paulum li-
gari inaudita etiam re. Multò misericor-
dior tamen est ipsis Iudeis impijs, qui
lubentius dentibus ipsum dilaniassent,
quam ut ipsius aspectum ferrent.

Quid agit Paulus in ista seditione?

Quum cœpisset induci in castra Paulus, dicit tribuno: Licetne mihi loqac-
te? Qui dixit: Græcē nosti? Nonne tu
es ille Aegyptius, q[uo]d ante hos dies tumul-
tu[m] concitasti, & eduxisti in desertū qua-
tuor milia uirorum sicariorū? Hic cernis
cur centurio fecerit ipsum ligari. De hoc
Aegyptio lege Josephū,

Q[uod] ipsa

ACTVM - APOST.

Quānnam Apologiam Paulus insi-
tuit?

Dicebat: Ego sum homo quidem
Iudæus Tarsensis, Cilicię non obscurę
ciuitatis ciuis. Rogo autem te, permitt
mihi loqui ad populum. Quid dicere uel-
let: Quia non solum tu, sed uniuersus
populus ducit me istum Aegyptium ei-
se, libet hic manifestam coram omnibus
excusationem adferre. Et quum ille per-
misisset, Paulus stans in gradibus, an-
nuit manu ad plebem, & magno silen-
tio facto, allocutus est lingua Hebræa,
dicēs: Viri fratres & patres, audite me
am, qua nunc apud uos utor, excusatio-
nem. Cum audissent autem quod He-
bræa lingua sibiloqueretur, magis præ-
stiterunt silentium. Hic S. Paulus pro-
lixam habet orationem, ferè per totum
22. caput, in quo primò nativitatē suā
recenset, patriam, præceptorem suum,
& quomodo olim Christianos persecu-
tionibus presserit, quomodoq; à domi-
no Damascū petēs in itinere percussus

C A P. XXI. ET XXII.

sit, ac deinde baptizatus ab Ananſa,
ex ē Damasco liberatus, quid Hieroſo-
lymis in templo ex diuīna uoce hauiſi-
ſet.

Quid Iudei adferunt ad longam illam

Pauli orationem?

Audiebant ipsum usq; ad illa uerba:
uade, quoniam ego ad gentes procul
mittā te. Atq; tum alta uoce clamabant:
Tolle de terra hominem istiusmodi: nō
enim phas est eum uiuere. Vociferant
bus autem eis, & prōfcientibus uesti-
menta, & puluerem iactantibus in aē-
rem, iussit tribunus induci eum in ca-
stra, & imperauit eum flagris examina-
ri, ut sciret propter quam cauſam sic ac-
clamarēt ei. Et cūm astrinxisset eum lo-
ris, dixit astanti ſibi centurioni Paulus:
Num hominem Romanum & indem-
natū licet uobis flagellare? Quo audi-
to, Centurio accessit ad tribunū, et nun-
ciauit ei, dicens: Quid facturus es? Hic
enim homo Romanus est. Accedens
autem tribunus dixit illi: Dic mihi, nū

X

ACTVM APOST.

tu Romanus es? At ille dixit: Etiā. Et respondit tribunus: Ego multa summa ciuitatem istam comparaui. At Paulus ait: Ego uero & natus sum. Protinus ergo discesserunt ab illo, qui cum fuerant examinaturi. Tribunus quoq; timuit postquam resciuit, quod Romanus esset, & quod uinxisset eum.

Quar Lucas persequitur tam pluribus istam seditionem?

I. Ut indicet, non in terris populum esse, qui magis Deo, & uerbo eius resistat, & Christum impugnet, quam iustificarij, & hypocritæ.

II. Ne abſciamus hastam, quod dicunt, etiamsi in manus inimicorum nostrorum incidamus. Nec enim debent uel possunt nos laedere ante horulam a patre cœlesti destinatam. Impij isti Iudei lubenter occidissent Paulum, sed ne quibant, cogebantur ipsum adhuc trienium perferre, etiam ex Cæsareo mandato. Ita benignè Deus operatur, qui omnes saluos fieri cupit.

CAPVT

C A P V T X X I I I .
C A P V T X X I I .

Quid agit Centurio in ista Pauli causa?

POSTERO die uolens scire certū, qua ex caussa accusaretur à Iudeis, soluit eū à uinculis, & iussit principes sacerdotum conuenire, totumq; concilium, ac deductum Paulum sistebat coram illis. Videbatur quidem centurio, Paulum nullum maleficū morte dignum cōmisisse, At Iudei accusabant ipsum, quod ipsorum legem, religionē, doctrinam, & ceremonias confundebat. Cūm autem ipse centurio illius Iudicæ doctrinæ ac legis imperitus esset, Paulum sistit summis sacerdotibus, & Pharisaeis: non autem uult illi iniuria inferri, antequam omnino certus esset redditus de istius captiuitatis causa. Atq; doctrina hæc mirè facit ad magistratum prudentiam.

Quid in isto concilio Paulus agebat?

Intentis autem oculis in concilium,

ACT VVM APOST.

Paulus ait : Viri fratres, ego omniconscientia bona conuersatus sum coram Deo usq; in hodiernum diem. Tantum uult dicere : Nullius mali mihi cōscius sum, quo commeruisse istam captiuitatem. Ita hactenus me gessi, ut nullius prorsus maleficij uel insimulari uel conuinci iure possim.

Qui Paulus de bona conscientia glossari potest, at qui ecclesiam Dei per sequutus est : & coram Deo etiam nemo iustificabitur ?

Paulus hic non loquitur de depravata sua natura , & innato peccato, qua cum omnibus hominibus cōmunia habet. Nec quisquam hic erat, qui istorum ipsum insimularet, sed de uerbi ministro loquitur, de quo accusabatur , & calumnijs obruebatur . Q.dicere uelle: Munus prædicandi & docendi à Deo mihi est impositū , ad hoc uocatus sum ab ipso Deo, & delectus per Spíritū sanctum, ut Euangelium adnunciem : Et exequutus etiam sum id summa cura, & diligē-

C A P V T X X I I .

diligentia, eum apud Iudeos, tum apud gentes, ut sperem meam conscientiam coram Deo illibata . Hæc doctrina frugi & bona est prædicatoribus.

Quid Paulo accidit in Iudeorum concilio ?
Princeps sacerdotum Ananias præcepit sibi ad statibus, ut percuterent os eius.

Quare ipsum percuti iubet : quæ causa
suberat ?

Malè habebat ambitiosum hypocritam, quod Paulus ipsum non magno & insigni titulo aliquo dignaret , ac quod tam libera Apologia uteretur, innocentiam suam declararet. Ea enim ratione totum arguebat concilium , ut qui ipsum falso & calumniosè detulissent, et damnassent.

Quid Paulus ad illam percussionem
agebat ?

Dicebat : Percutitur te Deus,
paries dealbate. Et tu sedes iudicans me secundum legem, et contra legem iubes me percuti ? Quum summi sacerdotes, Pharisæi, & Scribæ plerumq; isti usus

ACTVM APOST.

di homines essent, qui religioso uestitu
ornati, summam præ se ferrent religio-
nem, & maximè splendidam uitam ge-
rerent, intus autem odium & iram foue-
rent, Christus uocabat ipsos Matt. 23. se
pulchra dealbata, quæ extrinsecus pul-
chra apparēt, sed intus cadauerū ossibus
repleta sunt, & omni spurcitia. Ita &
Paulus hic summū sacerdotem dealba-
tum parietē dicit. Et 1. Tim. 3. uult epi-
scopū esse irreprehensibilem, nō morda-
cem, nō contentiosum, ut q̄ miserè adflī
ctū hoīem & innocentē nō audire pos-
sit, sed & cōtinuò pugno impetimādet.

Cur Paulus hunc summum sacerdotē
uocat parietem dealbatum?

Perspecta Paulo erat tyranneius, et
hypocritici mores, & quod ne miculam
quidem officij iniūcti exequereſt, Ideo
uocabat ipsum externā laruam, & quasi
spectrū quoddam, ut ipse suo officio fa-
tis faceret, & istū impiæ uitæ accusaret:
quum nemo adesset etiam, qui pompos-
sos istos hypocritas admonere auderet.

Cute

C A P V T . X X I I .

Cuicunq; enim uerbi ministeriū iniunctum, illi à Deo cōmissum est, castigare quoduis hominum genus, & spiritualium & secularium, ut dicere solent, diuitium & pauperum, ut Deus Prophetæ loquitur, 58. & Hieremiac 1.

Cur ergo tam uindictæ cupidus est, ut mala imprecetur summo pontifici?

Hæc Pauli imprecatio nō est maledictio temerariè suscepta, sed prophetia vera, quid de isto summo sacerdote tandem futurū sit. Ut imprecatio Helisgeierat, sup filios Bethel, q; ipsum illudebat, ut quidā eorum ab ursis devorarentur.

Quid respondebat summus sacerdos

ad hæc Pauli uerba?

Nihil omnino: Corrigit ipsum præcudubio propria cōscientia: Et qui astabant effutiebāt: Summo sacerdoti Dei maledicis? Hierat aulici, parasiti, & ministri ad oculos, loquebantur ad Dñi fastorem: tantum de Dei uerbo sciebant, quantum & episcopi sui, præter q; quod istum scripture locum allegare possent,

A C T U M A P O S T .
qui ad hanc rem suam, ut arbitrabatur,
maxime faceret.

Quid respondebat Paulus?
Dicebat: Nesciebam fratres, quod
pontifex esset. Scriptum est enim: Prin-
cipi populi tui non maledices.

Quid uero, nesciebat Paulus quod
**esset summus sacerdos, at qui accep-
rat ab eis literas aduersus Christias
nos miseros?**

Hoc uult Paulus dicere: Summum
pontificem decet esse benignum, & mi-
sericordem, egenos subleuantem, de-
pressos erigentem, & innocentes defen-
dentem. Iam uero me miserum uel infa-
ciem cædi percutiç iubet in publico
coetu & concilio, propter ueritatem,
quod dixerim: Ego omni conscientia
bona cōuersatus sum coram Deo, usq;
in hodiernum diem. Quare ipsum non
habeo pro summo sacerdote. Negetis
am est coram Deo, sed uerè tyrannus
est, paries dealbatus, externa larua, et hy-
pocrita, qui haras potius quam aræ pro-
ficiendus

C A P V T XXIII.

ficiendus esset, Imò in extremas tenebras, ubi est ploratus & stridor dentium, meritò conſciendus. Ut ergo Paulus hunc summum pontificem corrigit, & autoritatem nomenq; eius nequaquam respicit, ita æquum est, & iustum, unum quenq; Euāgelij prædicatorem ex Dei mandato etiam facere, neminem peccatum, & iniusta agentem, silentio præterire, siue spiritualis, siue, quod aiunt, secularis sit,

Vt se gerit Paulus in tam impio Iudeos
rum concilio.

Medium inueniebat, quo istud concilium dirimeret, & ipse liberaretur, sciens enim quòd una pars esset Sadducorum, & altera Pharisæorum, exclamauit in concilio: Viri fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæi, de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Et cùm hoc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos ac Sadducæos, & discessit multitudo. Nam Sadducæi quidem dicunt, non esse resurrectionem,

ACT V V M A P O S T .
neq; angelum, neq; spiritum: Pharisæi
autem utraq; confitentur.

Quid Paulo hæc proderant?

Tantum hæc res Paulo cōmodabat,
ut, si quid grauius istud concilium con-
tra ipsum cōsulere uoluisset, uel Saddu-
cæi cessissent Pharisaëis, uel omnes Pha-
risæos unā cum Paulo cōdemnare co-
acti fuissent. Adq; hoc Pauli exemplū
Christianus aduersus suspectum iudi-
cē se defendere pōt exceptione, trāsla-
tione, aut alia quauis formula iuris iusta.

Quot apud Iudeos sectæ erant?
Tres præcipue: Pharisaorum, Sad-
ducæorum, & Esseorum.

Pharisaëi erant segregati, uel separa-
ti. Illi seruabant præter Mōsis legē eti-
am patrū instituta, incedebant peculiari
uestiū ornatū, habebant fimbrias, & ad
illas legem Dñi scriptam, credebant ta-
mē animas hominum esse immortales,
credebant etiam resurrectionem mor-
tuorum, & post hanc uitam æternam.
Sadducæi negabant mortuorum re-
surrectionem.

C A P V T X X I I I .

Surreptionem: Dicebat animam interire unam cum corpore, in morem bestiarum. Negabant præterea ullos esse angelos & spiritus, ac Deum creaturas suas curare, sed ociosum supra nubes sedere, rerum humanarum spectatorem. Item legem tantum datam esse ad seuerabat, ut homines hic in terra uitam tranquillam ducerent.

Esse ieiunatores, cum uiderent alias fratres multum gloriari de iusticia, & tandem eam factis non exprimerent, adsu- mebant ipsi uitam duram, & oīa cōmu- nia habebant. Non cōtrahebant matrī monia, nec alebant familiā: nec sacrificabant cum cæteris. Hæc ipsorum uita et consuetudo erat: Ante solis ortum nihil loquebantur, diligenter orabant. Deinde laborabant, edebant summo cū silentio, ut monachi.
Iste Iudæorum spiritus Catabaptistas inuasit.

Vnde initium traxerunt istæ Iudeo-
rum sectæ?

Deus

ACTVVM APOST.

Deus non instituit, nec Moses præcepit, sed ingruerunt Machabæorum tempore, cum Iudeis rex non esset, & summi pontifices amicitias facerent cōgentilibus regibus, & principibus, ut quiete & tuto in sacerdotio suo considerent. Ac interim officijs sui obliuiscebantur, & scripturam deserebant, nihil doccebant, nihil prædicabant, tumq; irrepebant istiusmodi sectæ in Iudaismum. Ut & innumerabiles spiritualium ordines Monachorum & Monialium, in Christianum orbem inuecti sunt, ubi Episcopi, Prælati, & ecclesiastes dormientes ac dormitantes, hominem inimicum zizaniam tritico superseminare sinebant.

Cur istæ sectæ ita Vatiniano odio prosequabantur Paulum, cum tamen ipsi inter se dissiderent?

Ista est conditio uerbi Dei & sancti Euangeli, ut nunquam non persequantur: mundus omnem doctrinā, omnem prædicationem ferre potest, præter solam

C A P V T XXIII.

Iam doctrinam & prædicationem Eu-
angelij , licet uniuersæ sectæ, uniuersi
ordines inuicem odio exulcerētur qua-
si, nihilominus conueniunt aduersus
Euangelium, ut Pilatus & Herodes de
Christo.

Vt dimittitur concilium Iudeorum ?

Factus est clamor magnus : & cūm
surrexisserent scribæ de factione Phari-
sæorum, depugnabant, dicentes : Nihil
mali inuenimus in homine isto. Quod
si spiritus locutus est ei, aut angelus, ne
repugnemus Deo. Hic dissipatū est im-
piorum concilium , unico etiam uerbo.
Et potest Deus suos mirabiliter libera-
re , uel in summa necessitate, & angus-
tia,

Vt Paulus liberatur ?

Quum magna seditio coorta esset, ue-
titus tribunus, ne discerperetur Paulus
ab ipsis, iussit milites descendere & ra-
pere eum de medio eorum , ac deducere
eum in castra. Hic uidemus gentiles in
ciuili iusticia multō æquiores fuisse, &
omnes

ACTVVM APOST.

Omnes summos sacerdotes, Phariseos
& Iudeos, qui omnino Paulum, inau-
dita cauſſa, occidi uolebant.

Mirumne fuſſet, ſi Paulus in tot tan-
tisq; afflictionibus ſuccubuſſet?

Res ita conſtituta eſſe uidetur, quod
nō parum tristatus fuerit, mirum enim
ni reſpexerit tum in Asiam, Græciam,
& alia loca, & iam hic Hierosolymis
comprehenditur, abducitur, et abditur,
concilio Iudæorum ſiſtitur, in faciem
cæditur, tandem ferè à populo dilan-
tatur. Quem tantæ tentationes nō delas-
ſatum redderent? Cuinam iſtiusmodi
cogitationes hic nō ſurgerent: Ecuid
Deus eſt in cœlo, qui iſta uideat, qui ni-
ſereatur horum: Deus Deus ille fidelis,
qui neminem ſinit tētar i ſupra id quam
quod potest ferre: qui non deſerit eos,
qui in ipſo confidunt, aſtabat ipſi de no-
ſte, & dicebat: Bono animo ſis Paule,
ut enim Hierosolymis de me teſtifica-
tus es, in metropoli Iudæorum, ita euā
oportet te de me teſtificari Romæ, in
capite

C A P V T . X X I I I .

capite orbis, Quare noli tibi timere, ne
mo enim te adorietur.

Itáne etiam fiebat?

Bone Deus, factio die, ait S. Lucas,
collegerunt se quidā ex Iudeis, & deuo-
uerunt se, dicentes: nec esuros se, nec
bibituros, donec occiderent Paulum.
Erant autem plures quām quadraginta
ta uiri, qui hanc coniurationem fece-
rant. Qui accesserunt ad príncipes sacer-
dotum ac seniores, & dixerunt: De
uotione deuouimus nos ipsos, nihil gu-
sturos, donec occídamus Paulum.
Nunc ergo uos significate tribuno &
concilio, ut cras producat illum ad nos,
tanquam aliquid certius cognituros de-
 eo. Nos uero priusquā appropinquet,
parati sumus interficere illum.

*Quomodo haec consonant diuinæ con-
solationi. Iam apparet quasi Paulus*

amplius superstes futurus non sit?

Deus nō ita suos consolatur, nec pro-
mictit, ipsos nihil omnino paſſuros, sed
potius aliā ingreditur uia, ut ad futuras
per

ACTVVM APOST.
persecutiones eò paratores & patiens
tiores existant. Nam filij Dei ut aurum
igne probari debent.

succedebatne Iudeis impium confi-
lum?

Nequaquam, Nam Dominus uerè
dixerat: Ut de me testificatus es Hiero-
polymis, sic te oportet & Romæ testifi-
cari. Hoc oportebat ut fieret, Deconsili-
um debeat immotum esse.

Vt autem consultatio ista infidelis im-
pediebatur?

Quum audisset filius sororis Pauli in
Sidias, uenit & intrauit in castra, nuncia-
uitq; Paulo . Accersito autem Paulus
ad se uno ex Centurionibus, ait: Adole-
scensem hunc abduc ad tribunum: ha-
bet enim quod renunciet illi. Et ille qui
dem assumens eum, duxit ad tribunum,
& ait: Vinctus Paulus accersitum me
rogauit, ut hunc adolescentem perdu-
cerem ad te, habentem aliquid quod lo-
quatur tibi . Apprehensa autem tribu-
nus manu illius , secessit cum eo seors-
um,

C A P V T X X I I I .

sum, & percontatus est illum: Quid est
quod habes significandum mihi? Ille au-
tem dixit: Iudæi conspirarunt ut roga-
rent te, uti crastino die educeres Paulū
in concilium, quasi aliquid certius inqui-
sitionis sint de illo; tu uero ne morem ges-
seris illis: Insidiantur enim ei ex eis ui-
tri plures quadraginta, qui seipso deuo-
uerunt, ne uel edant uel bibant, donec
interficiant eum: & nunc parati sunt ex-
pectantes, ut promittas. Tribunus igitur
dimisit adolescentem, precepitque ei,
ne cui effutias, inquiens, quod hæc indi-
caueris mihi. Hic habemus exemplum,
quod consilium malorum nec abscon-
dit nec celari possit, sed suo tempore dea-
tegitur & reuelatur. Etiam si homines
summa cum prudentia, & taciturnitate
consultent, & rationes suas conferant,
tamen Deus, qui omnia uidet, & ape-
tit, curat suos, qui illi ex corde confi-
dunt, ac in ueritate inuocant, & liberat
eos ex omnibus malis.

Y

ACTVVM APOST.

Vt Paulus istis consultationibus illis
deorum eripitur?

Accersitis duobus centurionibus, in
quit S. Lucas, dixit: Parate milites ducē-
tos, ut eant Cæsareā, & equites septua-
ginta, & lancearios ducētos, à tertia ho-
ra noctis, & iumenta præbete, ut imposi-
tū Paulū saluum perducāt ad Felicem
præsidem. Atq; hæc omnia miracula
Dei sunt.

Quid continebant literæ?

Claudius Lysias potentissimo præsi-
di Felici Salutem. Virum hunc cōpre-
hensum à ludegis cū iam esset interficien-
dus ab eis, superueniens cum exercitu,
eripui: cognito quod Romanus esset,
uolensq; scire caussam, ob quā accusarēt
illum, deduxi eum in concilium eorum.
Quem cōperi accusari de questionibus
legis ipsorū, nullū dignū morte aut uina-
culis habentē crimen. Et cūm indicatō
esset mihi de insidijs, quas parauerāt illi
Iudæi, protinus misi eū ad te, præcepto
dato etiā accusatoribus, ut que habēt ad
uersus

C A P V T X X I I I ;

versus eum, dicit apud te. Vale. Hic autem magnificum testimonium Ethnici centurionis de Paulo, quod scribit, se nihil inuenire in Paulo, quod morte dignum sit. Tale testimonium etiam Pilatus & centurio ferebat domino nostro Iesu Christo.

Vt uero Paulus Cæsaream peruenit?

Milites, iuxta quod sibi iniunctum erat, receptum Paulum duxerunt per noctem Antipatridem. Postero autem die dimissis eis quibus ut cum eo irent, reuersi sunt in castra. Qui cum uenissent Cæsaream, ac tradidissent epistolam presidi, statuerunt corameo & Paulum. Cum legisset autem praeses, & interrogasset, ex qua prouincia esset, et cognouisset quod ex Cilicia, Audi te, inquit, cum accusatores quoque tui aduenerint. Iussitque in praetorio Herodis custodiri eum. Et hic præclarum exemplum Ethnici Centurionis habemus, qui mitior existit omnibus summis sacerdotibus, & iustius agit, quam omnes Iudei, dicit enim: Audi am te, ubi & accusatores tui aderunt,

ACTVM APOST.

Q. dicere uellet: inaudita causa nihilde
te iudicabo.

*Quid nobis descendum est ex hac hi-
storia?*

I. Quod nemo hominum nobis no-
cere possit, nisi Deus permittat, & tem-
pus nostrum adsit. Quod si tempus no-
aderit, licet in summis necessitatibus sis-
mus, et putemus semper nobiscum acu-
esse, tamen Deus tam mirabilia & im-
prouisa mittit media, ut illæ si manea-
mus, & immoti, quamdiu Deus uolue-
rit. Vbi uero tempus aderit, quamuis
summa securitate fruamur, & putemus
nos diu admodum etiamdum supersti-
tes futuros, Deus pusillum etiam cala-
mitatis immittit, quo subito intereat
mus.

II. Ethnici Centuriones hic laudan-
tar propter uirtutem & iusticiam suam,
quod innocetem Paulum defenderint
contra furibundos, & sanguinolentos
Hierarchas, & impios Iudeos. Hoc ex-
emplum omnes Christiani magistratus
sibi

CAPVT XXIII.

sibi imitandum proponere debebant,
& nullum Christianorum , præsertim
inaudita caussa , lædi aut damnari per-
mittere : ut , proh bone Deus , hacte-
nus non paucis Christianis factum est ,
qui tantum ex iussu & suggestione san-
guinolentorum spiritualium , & Baalis
sacerdotum , combusti & occisi sunt .

CAPVT XXIII.

Quid habemus in hoc capite? Duo.

- I. Sanguinolentum cor Iudeorum
contra Paulum.
- II. Synceram excusationem & satis-
factionem Pauli.

Vñ cognoscitur cor sanguinolentū
Iudeorum?

Ex eo quod nihil intentatum relin-
quunt , Paulū interficiendi gratia , utun-
tur omnis generis technis , ac fallacijs .
Primum Paulum in templo comprehē-
dunt , extrahunt ipsum , occidere uolūt .
Quod dum non succedit , cōgregant su-

ACTVM APOST.

per eo falsum concilium, sub prætextu
miro. Quod cùm etiam nō succederet,
clam ipsum interficere cogitabat. Quæ
res cùm tandem reuelaretur, ipsam ua-
rijs nugis et fucis oblinere tētant, parat
mēdiorum fabrum Tertullum, is rei
summum & præsentissimum remediū
adhibere debet, & Paulum uerbis con-
uincere. Et ut præses cernat, multū spei
& præsidij ipsis situm esse in hoc nego-
cio, sublata oī mora, statim post quinq;
dies princeps sacerdotū, & alij descen-
dūt Cæsareā, caussa supprimēdi Pauli.

Quid agebat orator Tertullus?

Citato Paulo, cœpit accusare Tertul-
lus, dicens: Cūm in multa pace agamus
per te, & multa recte gerantur in popu-
lo hoc per tuam prouidentiam, & sem-
per & ubiq; comprobamus, præstantis-
sime Felix, cum omni gratiarum actio-
ne. Hocq; initium est orationis Tertul-
li, in qua laudat Felicem, quod populus
Iudaicus multis magnisq; beneficijs ab
ipso adfectus sit.

E 82

C A P V T X X I I I .

Estne ergo uerum, quod hic de præside
refert?

Qui potest esse uerum? Iosephus scribit, quod Felix clam Ionathan summū sacerdotum occidi curarit, atq; permisit, ut clancularij latrones non in plateis tantum, sed & in tēplo occiderent quosdam: Item dissimularit militum impressionem Cæsareg Iudaicis domibus inflam, & compilationem cōmunem, propter quod maleficium etiam apud Cæarem Neronem accusatus sit, & ab officio remotus. Tamen hic quasi sanctum quoddam est, & nihil mali unquam cōmisit. Ita fit, quando Pilatus & Herodes de Christo conueniunt, & in gratiā redeunt.

Quomodo sonat accusatio Tertulli?
Nacti sumus, inquit, uirum hunc pestiferum, & cōcitantem seditionem omnibus Iudeis in uniuerso orbe, & autrem sectā Nazarenorum: qui etiam templum prophānare conatus est: quem & apprehensum uoluimus secun

ACT V V M A P O S T .
dum legem nostram iudicare . Sed si
perueniens tribunus Lysias , cum ma-
gna ui eripuit eum è manibus nostris,
iubens accusatores eius ad te uenire : ex
quo poteris ipse , inquisitione facta , de
omnibus istis cognoscere , de quibus nos
accusamus eum .

*Estne ergo sic , quod Paulus pestifer fu-
rit , ut hic habetur ?*

Itares miserabilis , & deploranda est
mundus , ut qui illi bene facit , et fauet ex-
imo corde , is omnium pessimus habeat
tur . Qui autem naribus ipsum egregie
hincinde trahit , & naso suspendit adun-
co , is charissimus omnium sit . Hic Sacer-
dos Ananias , unà cum Pharisæis , cauf-
sa existebant omnis infortunij à Iudeis
illati : tamen hic summo afficiuntur ho-
nore , Paulus uero , & dulcissimi Apo-
stoli , qui Dei iram auertebant , sunt mū-
di excrementa , & expiationis quasi ob-
lationes . Ita in hodiernum usq; diem
mundus adfectus est , iudicans Euange-
licos prædicatores pessimos quosq; hos
mînes

C A P V T X X I I I .

mines esse. Quibus si carere posset, bes-
ne se seres haberet, & omne infortuni-
um cuitatum esset.

Cur Deus hæc fieri permittit?

Connivet ad tempus usq; suum: Pri-
mùm ob id, ut longanimitate sua, & pa-
tientia, nequam homines ad pœnitenti-
am adducat. Deinde etiam, ut pios bene-
exutiat, explores, & examinet, ac indi-
cet, longè aliam sequi beatitudinem
hanc ultam, quam in hac uita expectan-
das sit.

*Quibus rebus accusationem suam co-
firmant?*

S. Lucas inquit: adiecerunt autem et
Iudæi, dicentes hæc ita se habere. Testes
sunt ut accusatores, Domini ut serui, ma-
gistri ut discipuli, Diabolus unus ut
diabolus aliis: Quod enim dicunt, quod
templum dehonestare & inficere uo-
luerit, ex Satana, mendaciorum patre,
profectum est.

*Quid ad hanc accusationem Felix a-
git?*

ACT V V M A P O S T.

Auditis diligenter accusatoribus & testibus, etiam Paulum ipsum audire uult, quare innuit, ut diceret. Omnia pulcherrima est uirtus in iudicibus & consiliarijs, benignos & humanos esse, egenos, uiduas, & orphanos lubenter exaudire. Augustinus in 5. lib. de civitate Dei, confitetur liberè, quod Reges mani propter hanc uirtutem summam Monarchiam, & Toparchiam totius mundi a Deo acceperint quasi dono. Hanc sententiam pectori infixam habuerunt: Audi partem alteram. Item: Dictum unius, dictum est nullius. Einemanns red ist kein red, hör auch gegen red.

Quid respondet Paulus?

Ita inquiebat: Aequiore animo proxime ipso caussam dico, cum sciam te multis iam annis iudicem fuisse genti huic, qui possis cognoscere, quod non plures sunt mihi dies quam duodecim, ex quo ascendi adoratus Hierosolymam; & neque in templo compererunt me cum aliquo

C A P V T X X I I I .

aliquo disputantem, aut concursum fa-
cientem turbæ, neq; in synagogis, neq;
in civitate, neq; probare possunt ea, de
quibus me accusant. Confiteor autem
hoc tibi, quod iuxta uiam, quam uocant
hæresim, sic colo patrium Deum, cre-
dens omnibus quæ in lege & prophetis
scripta sunt, spem habens in Deum, fo-
re, quam & hi ipsi expectant, resurrec-
tionem mortuorum iustorum simul et
iniustorum. Quia in hoc & ipse stu-
deo sine offendiculo conscientiam ha-
bere erga Deum, & erga homines sem-
per. Post annos autem plures acces-
si, eleemosynas exhibitus in gentem
meam, & oblationes, in quibus com-
pererunt me purificatum in templo,
haud cum turba, neque cum tumultu.
Quidam autem ex Asia Iudæi,
quos oportebat apud te præstò esse
& accusare, si quid haberent aduersum
me, aut h̄ip̄si dicant, si quid depre-
henderunt in me iniuitatis, cùm stetim
in concilio, nisi de una hac uoce,
qua-

ACTVVM APOST.
qua clamaui inter eos stans: De resurre
ctione mortuorum ego iudicor hodie
a uobis.

*Quid Felix præses agit ad hanc sati
factionem Pauli?*

Auditis his, Felix distulit illos, certi
sciens quæ ad eam uiam attinebant, di-
cens: Cùm tribunus Lysias descendea-
rit, per noscam caussam uestram. Ita Iu-
dæi cogebantur discedere, & omnes i-
psorum cogitationes & rationes distur-
babantur, cōferebant se rursus furibun-
di Hierosolymam.

De Paulo uero quid agebatur?
Felix iussit Centurioni, ut custodiret
Paulum, sineret eum relaxari, & ne
quem ex illius familiaribus uetaret sub-
ministrare ei, aut adire eum. Liceret fre-
mant Judæi, tamen Paulus illæsus ma-
net, imò præses ipsi dat tantam liberta-
tem, ut omnino solutus uinculis eat, et
amicos, & notos suos consolari, affari
possit, & subministrations etiam ab i-
psis accipere.

Anales

C A P V T X X I I I

Audiebatne Felix Paulum prædicare?
 Ita inquit S. Lucas: Post aliquot dī-
 es cūm aduenisset Felix cum Drusilla
 uxore sua, quæ erat Iudæa, accersiuit
 Paulum, & audiuit ab eo fidem, quæ est
 in Christum. Disputante autem illo de
 iustitia, & temperantia, & de iudicio fu-
 turo, tremefactus Felix respondit: In
 præsentia abi, cæterūm opportunitatē
 nactus accersam te: simul et illud sperās
 fore, ut pecunia sibi daretur à Paulo ut
 solueret ipsum, propter quod et frequē-
 ter accersens eum, loquebatur cum eo.
 Execranda auaritia immixta est, ut ad-
 huc pecularis quædam pestis est apud
 istiusmodi homines: quæ res etiam non
 taro iniquum in æquum mutat.

Quid ergo tandem cum Paulo fit?

Biennio expleto, accepit successore
 Felix Portium Festum. Volens autem
 gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit
 Paulum uinctum. Probè sciebat Felix,
 quod tyrannide Iudæos preserat, ac
 ob id parum ipsi fauebant, & metuebat

ACT VVM APOST.
ne accusaretur ab eis coram Cæsare, &
ab officio amoueretur. Quare et hic stu-
det cum Paolo in gratiā eorum fœlērū
sum insinuare, blanditur Iudeis, & Pau-
lum solutum dimittit. Sed cōsilījs euēn-
tus non respondent . Nam à munere
tandem detrudebatur, Paulo ad trienni-
um etiamdum illæso existente, & Euā-
gelion prædicante, ac multos homines
ad Christi cognitionem uitamq; ater-
nam perducente.

CAPVT XXV

Quibus de rebus tractat hoc caput?

QVOMODO Pauli res successerint
subpræside Festo, & rege Au-
grippa.

Quid agebat Festus præses?

Festus suscepta prouincia, post tridu-
um ascēdit Hierosolymam ab urbe Ca-
sarea . Significaruntq; illi principes sa-
cerdotum, ac primores Iudæorū de Pau-
lo; & rogabant eum postulantes fau-
rem

C A P V T X X V .

rem aduersus eū, ut accerteret eum Hiē
rosolymam, insidias tendentes, ut inter-
ficerent eum in uia . Et hic uides ma-
gnam cœcitatem, & uenenosum odium
Iudæorum , quod magis magisq; suc-
cenditur. Quietieſſe nequeunt, niſi in-
terfecto Paulo. Sitiunt innocentem san-
guinem: non satis sanguinis effuderūt,
cupiunt mensuram patrum suorum im-
plere , ut omnino citō abſumantur, &
mortem suam ſibiſſis maturent.

Vt hīc de Paulo agebatur?

Ethic ferē extrema patiebatur Pau-
lus . Quōd si enim Festus uoti com-
potes feciſſet Iudæos, actum de Paulo
fuifſet , Nam Festo innocentia Pauli
nota nō erat, nec arbitrabatur summos
iſtos hoies , ſacerdotes primarios, Pha-
riſeos, & ceteros mendacia hic cūdere.
Ad hoc prima hīc erat petitio ad nouitū
um p̄ſide, quā non cōmodē poterat a-
uerſari. Iam uero & Paulus p̄ſens nō
erat,

ACTVM APOST.

erat unde uerū expiscari potuisset, Intō
nō satis dignus habebatur à Festo Pau-
lus, ut cuius caussā Iudæorum odium in-
fese conflaret ac susciperet. Breuiter, hu-
mana ratio aliter colligere ac iudicare
non poterat, nisi de Pauli rebus actum
esse prorsus.

Fit ergo etiam?

Non: Deus agit custodiam & uigili-
as suorum. Paulus Cæsareæ est, nescit
quanta proditionum ui i ipsum aggredie-
diuelint, quām turpiter & miserē iō
psum occidere cupiāt. Sed quia in Deo
confidit, Deus caussam eius agit, ut nō
succedat secundum Iudæorum conatū,
sed benignam ipsius Dei uoluntatem,
& dispensationem.

Quid Festus respondet?

Dicebat, ut seruaretur quidem Paulus
Cæsareæ, se uero breui illò profec-
turum. Qui ergo inter uos, inquit, po-
tentest sunt, unā nobiscum descendant:
& si quod est in hoc uiro crimen, accu-
sent eum. Et hęc est magna & insignis
virtus

C A P V T X X V :

virtus Ethnici præsidis, qui captiuum
indicta cauſa non uult dijudicare, &
damnare.

Q[uod]omo[n]o autē deinde agebatur cum
Iudeis & preside?

S. Lucas inquit: Demoratus inter
eos diebus amplius quam decem, descē
dit Cæsaream: & postero die sedit pro
tribunali, iussitq[ue] Paulum adduci. Qui
cum perductus esset, circumsteterunt
eum qui ab Hierosolyma descenderant
Iudei, multa & grauiā crimina intendē
tes aduersus Paulum, quæ nō poterant
probare: Paulo pro se respondente,
quod nec in legem Iudeorum, nec in
templo, nec in Cæsarem quicquam
peccasset.

At qui Paulus docet, Episcopum debe
re esse irreprehensibilem: qui ergo
fit, ut hic accusetur?

Accusationes & calūnias nemo pro
hibere statim potest. Christus filius al-
tissimi, in cuius ore dolus inuentus nō
erat, accusationibus impijs omnino es-

Z

ACTVM APOST.

fugere & se subducere non poterat. Di-
cebant ipsum esse seductorem populi,
Samaritanum, publicanorum & pecca-
torum amicum, uinipotorem, & Beel-
zebub habere.

Atqui Paulus prædicabat, hominem
iustificari per solam fidem in Chri-
stum. Qui ergo dicere potest, quod n*on*
bit contra legem docuerit?

Paulus non prædicabat contra legem,
quia ita dicit Rom. 3. Legem igitur per
fidem irritam facimus? Absit, in modo le-
gem stabilimus. Quia ob id dicit San-
ctus Paulus, legem prædicamus, ut ho-
mines quasi speculum habeant, in quo
contemplentur uitia, & defectus suos:
& sic sollicitentur ad implorandam di-
uinam gratiam. Vbi enim homo non
uult se haberi pro ægroto, non curat
Medicum. Lex cognitionem peccati
operatur. Sed Euangelium peccata
ausert per fidem & uerbum Dei.

Atqui

C A P V T XXV.

Atqui & idolorum cultus Paulus
carpit: qui ergo dicit, se nil peccasse
contra Cæsarem Neronem, qui homo
mire idolatricus erat?

Aliud est prædicare contra Cæsareā
maiestatem, aliud contra personam Cæ-
sarī. Ad maiestatem Cæsarī attinet, ut
Cæsari tributū, uectigal, & honor præ-
stentur. Qui contrarium docet, contra
Cæsareā impiè agit & seditionē. Id quod
Paulus nunquam fecit, sed apertè do-
cuit Roma. 13. contrarium. Ad Cæsarī
personam attinet, ut secundum vocatio-
nem suam agat, nihil agat contra legem
naturæ, nihil contra ciuilem legem, ni-
hil etiam contra religionem. Vbi uero
istiusmodi committat, àque prædica-
tore castigetur per uerbum Dei, nihil
contra Cæsaream Maiestatem designat,
sed is exequitur officium suū, quod est,
percantes citra respectum personarum
corripere. Ita Nathan Dauidem, Helie
as regem Achab, Ioannes baptista He-
rodem, reprehendunt.

ACTVVM APOST.

Quid ergo fit de Paulo : ecquid di-
mittitur ?

S. Lucas inquit; Festus uolens grati-
ficare Iudæis, respondens Paulo dixit:
Vis Hierosolymam ascendere, et ibi de
his iudicari apud me ? Ex his uerbis fa-
cile colligitur, præsidem Festum manus
auto oblitas habuisse , omnino aliam
mentem induit. Rem Pauli Hierosoly-
mam prouoluere uult , ut in uia interci-
dat, & ipse se deinde excusare possit, fa-
ctum esse, quicquid huius factum est, si
ne sua caussa, & iussu. Hic uidetis, quid
pecunia possit, quæ sæpè bonum homi-
nem in nequam conuertit. Hic enim ob-
litum est innocentia Pauli.

Quid respondebat Paulus ?
Dicebat: Ad tribunal Cæsar is sto,
ubi me oportet iudicari . Iudæis nullam
iniuriam feci, sicut & tu melius nosti. Si
enim nocui , aut dignum morte aliquid
feci, non recuso mori. Si uero nihil est
eorum, de quibus hi accusant me, nemo
potest me illis donare. Cæsarem appel-
lo.

C A P V T . X X V .

Io. Paulus cognoscebat in spiritu, quod
Festus ipsum Iudeis tradere uellet, qua
re Cæsarem prouocat. Quare dat exem
plum cuilibet Christiano homini, quod
sana conscientia possit uitam suam & fa
mam defendere, suo tempore & appelo
lare, ubi uidentur adesse falsi accusato
res, corrupti iudices, et immisericordes,

Quid Festus agit ad hanc Pauli prouo
cationem?

Cum concilio colloquiutus respōdit:
Ad Cæsarem appellaſti? ad Cæsarem
ibis. Certò Spiritus sanctus hæc uerba
in os dedit Festi, ut adimpleretur uerbū
Domini, quod ad Paulum dictum erat,
Act. 23. Bono animo sis Paule, ut enim
de me testificatus es Hierosolymis, ita
& oportet te testificari Romæ.

Quomodo Paulus ad Cæsarem perue
nit?

Ita inquit S. Lucas: Quum dies ali
quot transacti essent, Agrippa rex &
Bernice descēderunt Cæsaream saluta
ri Festum, Unius enim domini Cen-

ACTVVM APOST.

turiosies erant, nempe Cæsar is, & praesides in Iudæa. Ita bene fit, si in nationibus capita consentiant: sin minus, facile regna deuastantur, & solo æqua-

quantur.

Quis erat iste Agrippa?

Filius Herodis Agrippæ, qui Iacobum fratre Ioannis decollabat, Act. 12,
& Petrum, in gratiam Iudeorum, carceri
mancipabat. Hunc Agrippam Cæsar
Claudius tantopere diligebat, ut ex parte
Toparchæ constitueret in Syria. Item
in Philippis Idumææ, in quibusdam
Iudeæ locis. Huius tempore Hierusalem
desolabatur. Quod si Iudei huc Agrip-
pæ audissent, melius fortassis ipsorum
habuissent. Bernice regina Aegypti,
soror Ptolemæi & Cleopatræ fuit, &
Herodis Agrippæ Iudeorū regis filia.

Etiāmne fit Pauli mentio apud istos ui-
ros principales ciuitatis?

Quum dies cōplures ibi cōmoraren-
tur, Festus regi retulit cauffam Pauli, di-
cens: Vir quidam est relictus à Felice

vincus,

C A P V T . X X V .

Vinctus, de quo cūm uenissem Hieroſolymam, ſignificarunt mihi principes ſacerdotum, & ſeniores Iudeorum, poſtulantes aduersus illum ſententiam. Qui buſtis respōdi: Nō eſt Romanis cōſuetudo ob gratiam donare aliquem hoīem ut pereat priuſq̄ is qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumq̄ deſtendēdi accipiat de criminē. Cūm ergo huic conueniſſent, ſine ulla dilatione, ſequenti die ſedens pro tribunali, iuſſi ad duci uirum. De quo cūm ſtetiffent accuſatores, nullum crimen intendebant ſu per hiſce rebus, de quibus ego ſuſpica- bar: ſed quæſtiones quasdam de ſua ſuperiſtitione habebant aduersus eum, & de quodā Iefu defuncto, quem affirma- bat Paulus uiuere. Hæſitans autem ego de huiuſmodi quæſtione, dicebam, num ueller ire Hieroſolymam, & ibi iudica- ri ſuper iſtis. Paulus autem cūm appelleſſet ut ſeruaretur Auguſti cognitio- ni, iuſſi ſeruari eum, donec mitterem eſt ad Cæſarem. In hiſce uerbis Festus

ACTVM APOST.

Sufficienter indicat, quomodo uerus iudex affectus esse debeat, Nempe ut si pius, nemini uel uim uel iniuriam inficerat, uerax sit, osor mendaciorum, non auarus, non turpis lucri cupidus, non in hiet donis & muneribus corruptionum aduersus egenum. Neminem iudicet, nisi presens sit accusatus, & sufficienter testibus conuictus, & ne dicat ius uel sententiam, ubi non præcognitam habeat causam, aut ea non sit sub ipsius potestate.

*Quid ait Agrippa ad haec præsidis
Festiuera?*

Dicebat: Volebam & ipse hominem audire. Cras, inquit, audies eum. Postero autem die cum uenisset Agrippa & Bernice cum multo apparatu, & introiissent in auditorium cum tribunis & uiris principalibus ciuitatis, iubente Festo adductus est Paulus. Deus ita habere uolebat, ut unicus & abiectus homo Paulus, hinc inde traheretur ad Reges, principes, iudices, & consiliarios, ut ad impletum

C A P V T X X V .

impleretur uerbum Domini, Act. 9. de
Paulo: Abi, ille enim est mihi uas electi
onis, ut nomen meum ferat ad gentes,
reges, & filios Israël.

Quānam orationem habet Festus ad

Agrippę præsentiam?

Inquiebat: Agrippa rex, & omnes qui
sicut adestis nobiscum uiri, uidetis hūc
hominem, de quo omnis multitudo Ius-
dæorum interpellauit me, & Hierofo-
lymis, & hic: acclamantes non oportet
eum uiuere amplius. Ego uero com-
peri nihil dignum morte eum admisi-
se. Cæterū cūm is ipse appellasset Au-
gustum, statui mittere eum. De quo
quid certum scribam Domino, non ha-
beo. Quapropter produxi eum ad uos,
& maximè ad te rex Agrippa, ut exami-
natione facta, habeam quod scribam.
Iniquū enim mihi uidetur mittere uinc-
tum, & crimina, de quibus accusatur,
non significare.

Quid ex hac concione discimus?

I. Impetuosa miram, & uehemens

ACTVVM APOST.

odium summorum sacerdotum, & Iudæorum aduersus Paulum, quem protinus occisum esse uolebant.

II. Magnificum testimonium de Pauli innocentia.

III. Quām simplices tituli & nomina apud antiquos fuerint. Nam Festus ait simplicibus uerbis de Cæsare: quod certum scribam Domino, non habeo,

Quid ergo, an non magnificis titulis utendum est?

Quoniam ciuiliis magistratus à Deo ordinatus etiam est, summis titulis de praedicari debet, qui sunt, fuerunt, aut esse possunt, Tamen hoc ex scriptura hic discamus, quod eo tempore, quo Cæsareatus ut maximè polluit, & maximi principes fuerunt, simplicibus titulis contenti fuerint, Imò grauiter interminatis sint, ne insolentiores titulos ferrent.

De exempla.

Cæsar Octavianus, pacator totius

mundi.

mundi, pro maledictione habebat, si
quando appellaretur Dominus. Et
cum aliquando ludi spectator esset, clas-
mabat quidam inter ludendum: o ius-
tum & probum Dominum. Et popu-
lus idem audiebat & applaudebat, ipse
mota manu annuebat, & silentium in-
dicebat. Altera die edicebat, ne quis
ipsum posthac, etiam non proprij libe-
ri, aut cognati, Dominum appellarent,
siue id ioco fiat, siue serio. Itidem &
Cæsar Tyberius, cum a quodam Do-
minus nuncupatus esset, dicebat: ut
abstineret a conuictijs. Estq[ue] reperi-
te in uetustis literis, quod principes
& Domini simplices titulos tulerint.
Breuiiter, magna fuit simplicitas, sed
constans ueritas: breues literæ, & ma-
gna fides. Iam uero omnia transmu-
tata sunt: prolixæ literæ, multa uer-
ba, sed parum ueritatis & fidei. Ve-
rum hæc exempla ob id non adducta
sunt, quasi probi Cæsares, Domini
reges,

ACTVVM APOST.

reges, & principes non uenerandis titulis dignandi sint, Insignioribus multo & clarioribus titulis cumulandi, presentim si Christiani sunt. Tantum hoc discendum hinc est, ne iurgia moueamus ob titulos & nomina, ut in Papatu sit, ubi Romanus p̄t̄fex Papa sanctissimus, & caput ecclesie, & terrenus Deus audiri uult. Quod si iam Ethnici Caesarares hoc respuerunt, multo minus haec captarent qui se gloriantur Christi successores, & Apostolorum decretū cōdebat, ne adpellaretur Papa, sed seruus seruorum, *Ein knecht aller knechte*, quamuis posteri eius aliter affecti fuissent.

CAPVT XXVI.

Dic summam huius capitii!

DE Apologia est Pauli coram rege Agrippa. Quia sic dicit Lucas: Agrippa uero ad Paulum ait: Permitte

C A P V T X X V I .

Uit tibi loqui pro temet ipso. Tunc Paulus extenta manu pro se dicebat : Super omnibus de quibus accusor à Iudæis rex Agrippa, existimo me beatum, qui cauissam dicturus sim apud te hodie : cum maximè sis gnarus earum, quæ apud Iudæos sunt, & cōsuetudinum, & quæstionum. Quapropter obsecro te, ut patienter me audias. Hoc orationis eius principium est, quo benevolentiam sibi captat apud regem, cōmendat ipsius libertiā. Deinde recenset uitam suam ab incunabulis tractā bene, quod nō cupiō dux rixarum & inutilium quæstionum fuerit, ut oēs Iudæi sciunt. Indicat præterea fidem suam ad Deum , nempe, quod credat resurrectionem mortuorum, & ob id persecutionem sustineat à Iudæis, præsertim Sadduceis. Interserit obiter etiā priorem suæ uitæ actionem, & consuetudinem , quo pacto Christianæ ecclesiæ persequutus sit, & propterea à Deo percussus sit in itinere Damasco : & quomodo tandem baptizatus

ACTVVM APOST.

ius apud Damascenos, Christianus fai-
tus, & à Deo in Apostolum & docio
rem gentium electus sit, & quanto furo-
re & odio ipsum persecuti fuerint Ius-
dæi, intentantes ipsi mortem, seruatus
tamen hucusq; mirabiliter à Domino.

Quid agebat præses Festu ad hanc praes-
dicationem Pauli?

Magna uoce clamabat: Insanis Pau-
le. Multæ te literæ ad insaniam conuer-
tunt. Et Paulus: nō insanio, inquit, opti-
me Feste, sed ueritatis et sobrietatis uer-
ba eloquor. Scit enim de his rex apud
quē & liberè loquitur. Latere enim eum
nihil horum arbitror. Nec enim hoc in
angulo gestum est. Credis rex Agrip-
pa prophetis? Scio quōd credis.

Quid respondebat Agrippa?

Dicebat Paulo: Modica ex parte per-
suades mihi, ut siā Christianus. Et Pau-
lus ait: Optarim à Deo, non solum mo-
dica ex parte, uerum etiam magna, non
te modo, sed omnes etiam, qui me audie-
unt hodie, esse tales, qualis ego sum, ex-
ceptis

C A P V T X X V I I .

ceptis uinculis his . Et hæc eo locuto,
surrexit rex ac præses, & Bernice, & qui
affidebant eis . Et cum secessissent, lo-
quebantur inter se, dicentes : Nihil mos-
te aut uinculis dignum fecit homo iste .
Agrippa autem Festo dixit : Dimitti
poterat homo hic, si non appellasset Cæ-
sarem . Ethoc insigne testimonium est
Pauli innocentia .

C A P V T X X V I I .

Quæ est summa huic capituli?

HABET de peregrinatione Pauli.
Huc relicta Cæsarea , appulerit
Romæ partim pedes, partim nauigio,
magno cum discrimine, non tamen si-
ne Dei auxilio & præsidio . Lucas enim
affidus & indiuiduus erat Pauli disci-
pulus & comes ab Hierusalem Romam
usque. Quare quod & ipse audierit, &
ulderit, non potuit non omnium signi-
ficantissime uerissimeq; describere.

Quid.

ACTVM APOST.

Quid nos admonet Pauli peregrina-
tio?

Quòd Christiani hominis uita aliud
non sit, quam peregrinatio, quotidiana
profectio, & expeditio: quotidiana lus-
ta & uictoria per Christum: Ut Hiob
ait. Ut iam S. Paulus uarias afflictio-
nes, persecutiones, tribulationes, & of-
fensiones mari, terraq; perpessus est.

Quid est, quòd rex Agrippa, & Fe-
stus præses, Paulum ex ceteros caro-
ceri tradant, tam longinquè ablegent,
ex Cæsarea usq; Romam?

Ostendunt eo modo, quòd Romani
semper summè animaduerterint ad re-
giones & populos suos, ita ut etiam qui-
dā alienigenæ & extranei suos captos
Romam mittere coacti sint. Volebant
ipſi cognoscere & audire, de qua re quiſ
que reus fiat, ut ne cui iniuria ueluis in-
feratur. Vnde tantus timor inuaſit om-
nem regionem, omnesq; ciuitates, ut ne
mo auderet quicq; contra Romanos su-
scipere, nec clam, nec aperte:

Traditum

C A P V T . X X V I I .

Tractaturne Paulus ad eandem rā-
tionem, qua cæteri captiui?

Hæc miferorum Christianorū con-
ditio est in hoc mundo, quod impijs ad-
similentur, & adnumerētur, ut & Chri-
stus latronibus in cruce. Erant hic uarij
captiui: quidam latrones erant, quidā
seditionis, quidam insidiatores, & cæte-
rorum scelerum perpetratores. Inter
quos Paulus habebatur, licet esset prorsus
innocens, & mundus.

Non habebat consolationem in ista
adfectione?

Deus dat ipsi duos comites fideles,
Lucam & Aristarchum, qui ipsi non pa-
rum in illa profectione proderant. Non
minus benignè & hic centurio Iulius
erga Paulum se gerit, & concedit con-
uenire amicos synceros, & sui curam ha-
bere. Egeno non exigua est refectio, si
in medijs calamitatibus homines nan-
ciscitur qui sibi fauent, & beneficia ex-
hibent. Non paruum erat solatium Io-
sepho in Aegypto, quod haberet car-

ACTVVM APOST.
ceris custodem benignum, à quo p̄fici
ceretur cæteris captiuis, ut iplis submis
nistraret.

Quum Paulo permissum esset, conue
nire amicos suos, quorū non elabitur
per fugā, in tanta occasione & opor
tunitate?

Bona conscientia facere nō poterat,
Quòd si enim fuga suis rebus cōsuluisse
set, Centurionem Iulium mortis pericu
lo subiecisset, idc̄q̄ iniustum fuisset. Nā
hominem frugi non decet, alterius in cō
modo suum commodum promouere.

ut uero se habuit marina profectio
Pauli?

S. Lucas ait: Et cùm à Sidonis ora
soluissemus, sub nauigauimus iuxta Cy
prum, propterea quod essent uenti cons
trarii. Et pelagus quod est contra Cilici
am, Pamphyliā, emensi, peruenimus
Myram, quæ est Lyciæ, & ibi nactus
Centurio nauem Alexandrinam, nauil
gantem in Italiam, imposuit nos in eam.
Et cùm multis diebus tardè nauigare
mus

C A P V T X X V I I .

mīs, uix̄q; deuenissimus cōtra Gnido,
prohibente nos uento, ad nauigauimus
Cretæ iuxta Salmonem. Et uix præter
legentes illam, pertuenimus in locum
quendam, qui uocatur pulchri portus,
cui uicina erat ciuitas Lasæa. Hæc est
nauigatio Pauli in Cretam, relicta Sido-
ne, quæ erat media uia uersus Romam.

*Quo pacto amplius agebatur in nau-
gatione?*

Multo autem tempore peracto, &
cum esset iam periculosa nauigatio, ob-
id quoque quod iam ultratempus susti-
nuissent inediā, admonebat eos Paul-
lus, dicens eis: Viri, video quod cum in-
iuria, multoque damno, non solum one-
ris & nauis, sed etiam animalium no-
strorum futura sit nauigatio.

*Cuius iejunij hic mentionem facit Pau-
lus?*

Non quadraginta dierū ante pascha,
sed Iudæorū iejunij, quod septimo quo-
que mense celebrabat, ut scriptū est Le-
uit. 16. & Zach. 7. In hoc mense cōmu-

A C T V M A P O S T,
niter Hyems ingruit, unde & incōmō
da est nauigatio marina. Hocq; periculū
Paulus Centurioni & nautis prædicit.

Etiam fidem adhibent Paulo :
Centurio gubernatori, inquit S. Lu-
cas, & nautero magis credebat, quam
his quæ à Paulo dicebātur. Quod Pau-
lus ex Spiritu sancto loquitur, id apud
hosce homines nihil facit: quod autem
nautæ ex suo capite effutunt, ab omni-
bus accipitur. Sic etiamdum hodie fit,
quoties ex solido scripturæ fundamen-
to prædicatur, contemptui habetur;
quod autem ex ratione profertur in me-
diū, ex opinione, & consuetudine, id
omne preciosum est, & acceptabile.

Quid autem ipsis interim accidit?
Et cùm aptus portus non esset ad hy-
bernandum, complures cœperunt con-
siliū soluendi illinc, si quo modo pos-
sent peruecti Phœnicen illic hyberna-
re. Is est portus Cretæ spectans ad Afri-
cū & ad Chorum. Aspirante autē Au-
stro, rati se propositi cōpotes, cùm soluit
sent

C A P V T X X V I I .

sent Asson , præterlegebant Cretam,
Verum haud multo post coortus est
contra ipsam uentus Typhonicus , qui
uocatur Euroaquilo . Cumq; correpta
effet nauis, nec posset obniti uento , da-
ta naue flatibus, ferebamur . In insulam
autem quandam deuecti , quæ uocatur
Clauda, uix potuimus obtinere scaphā.
Qua sublata adiutorijs utebantur, sub-
cingentes nauem, timētes ne in Syrtim
inciderent, demissō uase, sic ferebātur.
Cum autem uehementi tempestate ias-
taremur, sequenti die iactum fecerunt,
ac tertio die nostris manibus armamen-
ta nauis proiecimus . Porro neq; sole, ne
que syderibus apparentibus ad complu-
res dies, & tempestate non exigua im-
minente, iam ablata erat spes omnis fa-
lutis nostræ . Quia Dei consilium spre-
uissent sibi per Paulum adnunciatum,
& in hominum uerbo ædificassent, De-
us egregiè ipsos impingere sinit , ut
quò euadant prolsus nesciant , & inno-
cens cum nocente in periculū uocatur.

ACTVVM APOST.
Quid consilij & consolationis Paulus
lushic adfert?

Quum multa iam esset inedia, tunc
stans Paulus in medio eorum, dixit: O
portebat quidem, o uiri, audito me no
soluere a Creta, nec accersere nobis ins
iuriam hanc & iacturam. Et nunchor
tor, ut bono a i o sitis. Iactura enim ani
mæ nulla erit ex uobis, sed tantum na
tus. Astitit enim mihi hac nocte ange
lus Dei, cuius sum ego, quem & colo, di
cens: Ne timeas Paule, Cæsari te ope
ret sisti. Et ecce donauit tibi Deus oes
qui nauigat tecum. Propter quod bono
animo estote uiri. Credo eni Deo, quod
sic erit, quemadmodum dictum est mihi.
In insulam autem quandam oportet nos es
iici. Hic uidemus, propter unum inno
centem hominem totam ecclesiam ali
quando conseruari.

Acciditne ergo ut Paulus prædicit?
Sic: Nam postq; quartadecima no
superuenit, nauigantibus nobis in Af
rica circa medium noctis, suspicabatur
nauis

C. A. P. V T. XXVII.

nautæ apparere sibi aliquam regionem.
Qui & demissa bolide, repererunt passus
sus uiginti : ac pusilli inde digressi, rur-
sumq; demissa bolide, repererunt passus
quindecim. Timentesq; ne in aspera lo-
caina cidenterent, de puppi iactis ancoris
quatuor, opribant diem oriri. Nautis
uerò quærentibus fugere è naui, cùm
demisissent scapham in mare, sub præ-
textu uelut è prora ancoras extensuri.
Hic uide quid hominum fuerint nautæ
isti. Cùm Paulus consuleret, ad futuram
& imminentem hyemem in Cretam
non esse proficendum propter mari-
na pericula, nesciebat nautæ satis dignè
suam artem commendare & prætendere.
Ingruente uerò iam tēpestate, ac ne-
cessitate virum exigente, nemo timidu-
lus magis est, quam ipsi, prostrata om-
nis eoruī ars iacet. Ad hoc prorsus impiè-
in eo agunt, dum nō credunt Deo, qui
in Paulo loquebatur, in terram cōfuge-
re uolunt, & cæteros omnes in nauī, in
summo periculo desérere.

ACTVVM APOST.

Succedebat etiam istud nautarum cō
filiū :

Nequaquam, per Paulum impedi-
batur . Nam Paulus Centurioni dices-
bat, & militibus. Nisi hi in nauim anse-
rint, uos salui fieri nō potestis . Tunc ab-
sciderunt milites funes scaphæ, & passi-
sunt eam excidere. Et cūm dies incipe-
ret apparere, hortabatur Paulus omnes
sumere cibum, dicens : Dies hic deci-
mus quartus est, quōd expectantes ieju-
ni permanetis, nihil accipientes : pro-
pter hoc hortor uos, ut sumatis cibum:
hoc enim ad salutem uestram pertinet,
quia nullius uestrum capillus de capite
cadet. Et cūm hæc dixisset, sumptu pa-
ne gratias egit Deo in conspectu omni-
um : & cūm fregisset, cœpit edere. Por-
rò animis iam recreatis omniū, sumple-
runt & ipsi cibum . Ex hac admonitio-
ne colligimus, quōd non in exiguo pe-
riculo constituti fuerint. Nam quatuor
decim dierū iejunio macerari, & quoq;
ictu oculi, & temporis puncto mortem

anc

C A P V T X X V I I .

ante oculos uidere, in marinis fluctibus
fluctuare, & hinc inde iactari, inter nubes
& aquam quasi pendere, in pluvijs,
nubibus, & cœcis tempestatibus uolui,
nihil uidere, nec cœlum, nec terrā, nec
solem, nec stellas proculdubio tam hor-
rēda res est, ut nihil supra. Nam omnes
rerum naturalium periti scribunt, quod
homo non ultra nouem dies, sine cibo
& potu commodè uiuere queat. Quidā
uitam ad undecimum traxerunt diem.
Hic uero quatuordecim diebus nihil
sumperunt, ita omnino ipsos corripuit
timor præteritę diei, ut ciborum etiam
oblitisint. Verum Paulus consolatur ip-
sos in tanta angustia & tribulatione.

Vnde Paulus spem & consolationem
habuit, ad tam horrendā mortis ima-
ginem?

Ex uerbo & promissione Dei. Un-
de enim alias consolationem habuisset.
Si inspiciebat in mare, nihil cernere da-
batur, nisi procellas. Sin uero oculos ad
dauem uertebat, circumuallata erat flu-

ACTVM APOST.

Cibus supra, infra & undiq;, nec diu
immota consistere poterat. Si intueba-
tur terram, nox erat & tenebræ, si ad so-
cios lumina torquebat, cernebat om-
nes desperatos, pallidos, & informes,
exanimatosq;. Breuiter, Paulus ad so-
lum uerbum Dei respicit, quod ipsi tan-
cum exhibit & offert consolationum et
confirmationum, ut etiam affatim ha-
beret, quo & cæteros omnes confirma-
ret & erigeret.

Cur Paulus sumpto pane coram omni-
bus Deo gratias agit?

Sequitur in hoc Christum unicum
suum magistrum, & relinquit nobis sic
exemplum, ut, quotiescumq; sumperier-
imus cibum, etiā Deo gratias agamus.

Quid à prandio agebam?

S. Lucas inquit: Saciati cibo alleua-
hant nauem, ejscientes triticum in ma-
re. Ita saepius omnia nostra bona, diui-
tias, potentiam, honores, imò & uitam
& corpus ipsum in Dei voluntatem el-
fundamus, si modo ad littus patriæ con-
festis

C A P V T X X V I I .

Iestis peruenire uelimus incolumes. Sic
enim non faciemus naufragium.

Vbi autem terræ adpellunt?

Cum autem dies esset, terram non
agnoscabant: sinum uero quendam a-
nimaduerterunt, habentem littus, in
quod cogitabant, si possent, impingere
nauem. Et cum ancoras sustulissent, co-
mittebant se mari, simul laxatis iunctu-
ris gubernaculorum: & sublato arte-
mone ad auræ flatum, tendebant ad lit-
tus. Et cum incidissent in locum bima-
rem, impegerunt nauem. Ac prora qui-
dem infixa manebat immobilis: pup-
pis uero soluebatur àui undarum. Hic
impleta est prophetia Pauli, quod om-
nes homines deberent conseruari, præ-
ter nauem.

Quid uero de Paulo fiebat una cum
ceteris in nauis?

Hic considera ingratitudinem mun-
di, Milites seruati sunt propter Pau-
lum, cui nunc parem gratiam refe-
runt scilicet, Quia sic inquit Lucas:
Militum

ACT VVM APOST.

Militum autem consilium erat, ut tihi
cos occiderent, ne quis cum enatasset
effugeret. Irrationales creaturæ, mare,
aqua, uenti, fluctus, procellæ, Paulum
seruant, Milites uero iam ipsum, quid
bus uitam per Deum donauerat, uolat
occidere.

Fitne etiam?

Non. Centurio quidem uolens ser-
uare Paulum, compescuit eos a consi-
lio: iussitq; ut qui possent natare, abi-
rent se primos, & in terram euaderent,
ceteriq; partim in tabulis, partim in qui-
busdam nauis fragmētis. Et sic factum
est, ut omnes in columnas euaderent in
terram.

*Quid nobis ex ista discendum his-
toria?*

Nauis, in qua Paulus est, Christianis-
tas est, mare, impetuosus est mundus.
Fluctus & procellæ sunt uariæ tentatio-
nes & afflictiones, Paulus prædicator
est Euangeli, qui sunt in nau, audito-
res, nautæ sunt præfecti ecclesiastici,
&

C A P V T X X V I I.

& rectores cōgregationum in Christo
Iesu. Quod si ergo in magnis afflictionī
bus prædicatoribus uerbi Dei nolunt
credere, et quisq; ex suo capite proxima
quæq; uult perrumpere, infeliciter om-
nia procedunt. Et Deus permittit in-
gruere uaria infortunia, angustias, ne-
cessitates, ut tandem trepidi clamemus
ad Deum, & imploremus auxilium ipsi
us. Dei uerbum debebat esse lumen no-
strum, et lucerna nostra in tam cœco et
periculo so mundo, Sed nos lumine ra-
tionis nostræ, & opinionum nostrarū
pleracq; efficere uolumus, Successum ex
go nostrum propositum felicem ac pro-
sperum habere non potest, Sicuti fieri
uidemus in cunctis humanis consilijs,
ubi Deus non uocatur in consiliū. Di-
scamus ergo hic, ut semper in affliccio-
nibus nostris, necessitatibusq; ubiq;uncq;
uel terrarum uel marium erimus, solati-
um nostrum & auxilium in Deo fixum
esse debere. Ipse enim solus perfugium
est terram inhabitatibus, & longinque

A C T U V M A P O S T.

In mari. Psal. 65. Hic excepit uerat omni
ne auxilium hominum, & cæterarum
creaturarum. Aqua & aër eadem e-
rant, luminaria cœli extincta, terra & re-
giones remote. Tandem & nauis solue-
batur, tamen Paulus in fide perseuer-
rat. Ita & nos agamus, si quando mun-
dus, & creaturæ nobis aduersari uiden-
tur omnes, & nihil aliud nobis ob ocu-
los uersatur quam tetræ mortis imago,
& neque ad dexteram neque ad sinis-
tram cedere datur, tamen hastam nun-
quam abiçiamus, Deus enim tam ad-
mirabilis est Dominus, in unico icu-
oculi media dat, & ex periculo liberat,
Ut pueris Israëliticis faciebat ad mare
rubrum, & Samsoni cum impeteretur
a Philistæis, & inermis existetet, sed
Deum inuocabat, & inueniebat asini
maxillam, qua milia hominum inter-
mebat. Similiter Sangar uomere sex-
centos ueros sternebat, Iud. 4. Breuiter
ubi humanum auxilium desuerit, tum
deum uerè incipit auxilium diui-
num,

C A P V T X X V I I I .

num , si modò constans fides adfuéreret,
Credenti enim omnia possibilia . Et
Deus est adiutor in oportunitatibus
in tribulatione, uerus necessitatum dis-
ructor , qui nobis adesse & uult & po-
test , defendendo & corpus & animam ,
temporaliter & æternaliter.

C A P . X X V I I .

Qua de re hoc tractat caput?

V T Paulus terræ , & tandem Rō-
mam appulerit .

*Quod nomen erat regioni, cui aduer-
tebantur?*

Sanctus Lucas inquit : Quum euas-
sissent, tunc cognouerunt , quòd Melis-
te insula uocaretur . Hæc insula Malce-
uocatur , & iacet in Mediterraneo ma-
ri, inter Græciam & Italiā , non pro-
cul à Sicilia .

*Quomodo de ipsis in hæc insula agem-
batur?*

Barbari

ACT. V. M. APOST.

Barbari præstabant non uulgarem
humanitatem nobis. Accensa enim pyra,
recipiebant nos omnes propter hym
brē, qui imminebat, et propter frigus;
Quamuis hi homines gentiles exte-
rint, tamen hisce ignotis etiam multum
beneficiorum exhibuerunt.

Quid uero Paulo accidebat?

Quum cōgregasset autem Paulus sa-
mentorum multitudinem, & imposui-
set in ignem, uipera ē calore prorepens,
inuasit manum eius.

Quid? num Paulus omnium infeli-
ciissimus est, cum illi hoc accidat?

Deus non permittit quicquam malum
inferri suis sine cauſa; Deus uult ipsum
clarificare hoc facto coram toto mundo,
& occasionem dare, ut prædicet Eu-
angelium.

Quid autem homines aiunt hec uiden-
tes?

Vt uiderunt Barbari pendentem be-
stiam de manu eius, inter se dicebant:
Omnino homicida est homo hic, quem

seruatūt

C A P V T X X V I I I

seruatum ē mari ultio non sinit uiuere.
Sic solet caro & sanguis iudicare, angui-
stias & tribulationes propter peccata
immitti, ut & Hiob amici prætendebat
falso, et discipuli Christi de cœco ex na-
tiuitatis usq[ue] tractu, iudicabant. Ioan. 9.

Quid uero Paulus agebat?
Excussa quidem uipera in ignem, ma-
lin nihil passus est. At illi existimabat fu-
turum ut incenderetur, aut concideret
repente mortuus. Diu autem illis expe-
ctantibus, & intuentibus nihil mali illi
accidere, mutata mente dicebant eum es-
se Deum. Hic inconstantiam uulgi ui-
demus, quod mediū obtinere, aut tene-
re uerum non possit: uel cedit nimium
ad dexteram, uel aduertitur nimium si-
nistre. Iam latronem habent Paulū, iam
Deum esse dicunt.

Num & alia audebat Paulus miracu-
la in hac insula Melite?

Ita inquit S. Lucas: In locis illis es-
tant prædia primati insulæ, nomine Pit-
blo, qui nos exceptos triduo benignè

A C T U M A P O S T.
tractauit hospitio. Dicunt: Qualis princeps, talis & populus.

Recipiebant etiam mercedem pro istis beneficijs?

Sic: Contigit autem, inquit S. Lucas, patrem Publij febribus, ac dysenteria uexatum decumbere. Ad quem Paulus intravit, & cum orasset, imposuisset ei manus, sanauit eum. Hoc igitur factum, cæteri quoque qui habebant infirmitates in insula, accedebant & sanabantur: qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, & soluentibus imposuerunt, quæ necessaria erant.

Quamdiu commorabantur in hac insula Melite?

Tribus mensibus, in tam exiguo temporis tractu Paulus totam insulam ad fidem Christianam conuertit. Et hæc Lucas non temerè adiecit: Nam ut adparebimus coram Deo, præcipue uero nos in Germania? A pueritia dedicimus à parentibus & præceptoribus nostris confessionem fidei, uerba decalos

C A P V T X X V I I I .

gi, & orationem Dominicam. Jamque &
multis annis sanam doctrinam Evangelij
audiimus, tamen fides non proce-
dit, multo minus opera fidei & fructus.
Hi homines tribus mensibus tantum
Paulum audierunt, & uerbo obedie-
runt. Imo & citò fidem erga Paulum ex-
ercuerunt, & egregiè declarauerunt,
multumque beneficiorum exhibuerunt.
Sicuti Niniuitæ in ultimis diebus sur-
gent, & Iudeos damnabunt propter i-
psorum infidelitatē. Sic & hi homines
aduersus nos consistent, & nos damna-
bunt, quod ad paucas prædications se
conuerterint, & ab impietate sua poenit-
tiam egerint: nos uero tot etiam con-
tionibus refusi, nolueribus poenitudi-
ne duci, aut conuerti.

Quomodo autem Romani perueni-
unt?

S. Lucas inquit: Post menses tres na-
vigauimus in naui Alexandrina, que in
insula hyemauerat, cui erat insigne Ca-
lor & Pollux.

ACTVVM APOST.

Cur ita significanter Lucas describit
haec, quod natus uexillum genitorum
habucrit?

Ideo ut indicet superstitionem & ido-
lorum latriam in gentibus, qui sibi fin-
gebant uarios Deos, cœlestes Deos, ut
Iouem: Aethereos Deos & aëreos, ut
Iunonem: ignicq; præfectos, ut Vulca-
num: terrenos, Plutonem: marinos, Ne-
ptunum: domesticos, Latres: agrorum
Terminum: sylvestres, Dianā & Sylua-
num: Belli Martem: Frumēti, Cererē:
uini, Bacchum. Hominibus multos trit-
huebant Deos, Lucina præerat partu.
Vagitanus Cunis aderat, Leuana gesta-
bat & suscipiebat puerū, Lauerna laua-
bat, Rumina lac præbebat, Edulica cibā
ministrabat, Potina dabat bibere. Clo-
tho uitā auspicabatur, Lachesis susten-
tabat, Atropos finiebat. Et quod maxis-
mè ridiculum est, ingressu ædium tres
adscribebant Deos, Fœcicum, Cardes-
nam, & Limentinū. Sic & hosce geniti-
nos, Castorem & Pollucē, filios Iouis,
gentes

C A P V T X X V I I I .

gentes constituebant nauium Deos,
ut etiam per ipsorum nomina iurarent.
Vnde & Alexandrini nauim fabrica-
bantur in honorem eorum, ut nautica
omnia eò tutiora in ea esse possent.

Itane ergo stulti erant Ethnici, ut fal-

sos istos Deos pro uero Deo colarent?

Videtur nobis satis ridiculum esse, si
rem uero penitus introsperimus, re-
perimus, nos & maiores nostros multò
stultius egisse: Plures enim Deos insti-
tuimus & coluimus, quam gentes ipsæ:
Nec est enim infortunium uel fortuna,
paupertas, aut copia, morbi, dolorésue,
ubinō proprium Deum in remedium
instituerimus. Gentes uerbum Dei nō
habebant, Christum etiam ignorabant,
quare ignoscendum nō nihil ipsis. Nos
uero multum de Christo gloriamur, &
abundanter uerbum Dei habemus, ni-
hilominus plures fabrefacimus Deos,
non tantum aureas, argenteas, ligneas,
& lapideas statuas, sed & nostram iu-
sticiam, opera, & merita, ut in hacre

ACTVVM APOST.
abominabiliores simus, quām gentes.

Qui fit quō minus Paulus, Lucas, &
Aristarchus, ut Christiani, idolatri-
cas istas imagines demoliantur?

Christi discipuli gladium in ore ge-
stent, & uerbo Dei contra diaboli opes
ra & consuetudines pugnare debent,
& magistratus sui officij admonere, ad
prohibenda scandalata.

Quid præterea accidet in manige-
tione Pauli?

Sic inquit S. Lucas: Quum uenisse-
mus Syracusas, mansimus triduo. Inde
circumlegētes deuenimus Rhegium:
& post unum diem afflante Austro, pos-
tridie uenimus Puteolos, ubi repertis
fratribus, rogati sumus manere apud
eos dies septem, & sic uenimus Ro-
mam.

Itāne potens est Paulus, ut commorar-
e posset ijs in locis, quibus uult. At
qui captiuum est, cogitur exequi Cen-
turio quæ Paulo uidentur?

Hæc omnia Dei miracula sunt, per
quæ

C A P V T X X V I I I .

Quæ Deus nobis ostendit, quantum diligat sanctos suos in terra, honoret, exornet, atq; illustret. Quāuis enim Christiani non raro in impiorum mansibus sint ut captivi, tamē Deus operatur ut timeantur ipsi.

Da exempla.

Summi sacerdotes, & Pharisei seruos emittebant, ut Iesum comprehendarent, Ioan. 7. Cūm autem uacui redirent sciscitati caussam, responderunt: Nemo unquam ita loquitus est, aut fecit, ut homo iste, &c. Ita Iudæis accidebat in horo, cūm Christus ipsos interrogaret: Quem queritis? & ipsi responderent: Iesum Nazarenum. Ipseq; subderet: Ego sum, procidebat in terrā, Ioan. 18. Credibile etiam est, hūc Centurionem summè erga Paulum affectum fuisse ex factis & operibus, quæ in mari & insulis de ipso uiderat, ita ut omnino Paulo obsecundauerit: neq; enim uilius existit homo. Tantis Dei donis decoratus fuit, ut omnes candidi homines nō

ACTVM APOST.
potuerint non ipsum summo quasi ho-
nore, & amore non uulgar i prosequi.

Vt autem Romam peruenit?

Ligatus & captiuatus, ut maleficus
Romam abducitur, quae res coram mā-
do omnium ignominiosissima est. Sed
uide quantum honoris, quantumq; cla-
ritatis ista ignominia pepererit, & attu-
lerit: post Pauli obitum, cūm Roma si-
dem susciperet, nomen Pauli ad tantam
celebritatem deuenit, ut etiam maximi
potentatus magnifecerint illud. Præte-
rea & epistole eius in honore habentur
summo, & in omnibus ecclesijs terrarū
habentur. Et sic eximiē mercedem suā
a Domino reportauit.

Etiāmne gratus est Pauli aduentus

Rome:

Ita insit Lucas: Quum audissent fra-
tres de nobis, prodierunt in occursum
nobis usq; ad Appij forum, ac tres ta-
bernas. Quos cūm uidisset Paulus, gra-
tias actis Deo, sumpsit fiduciam. En hic
beneficia Dei immensa, qui adfictum
Paulum

C A P V T X X V I I I .

Paulum in mari & terra defendit , & in columem Romanam perducit , & tam honorificè à fratribus suscipi & tractari curat . Item admirabilem horum Christianorum comitatem , quod tam amicè Paulo obuiam procedant , & Romanum deducant . Non est quod intuamini misericordiam eius & captiuitatem . Proculdu bio candidū istud cor , & bona ista exercitia aut opera , quae omnia Paulo hic exhibent , nō ex humanis doctrinis , & Demoniorū hauserunt , sed ex diuinā illa epistola , qua ipsos informauit Paulus ,

O quid uero fiebat Paulo Romæ ?

Quum uenissimus Romanam , Centurio tradidit iunctos principi exercitus . Permissum est autem Paulo , ut maneat solus cum custodiente se milite . Hic considera , quomodo præses Felix Cæsar & Paulo fauet , & Centurio Iulius in mart . Ita & Centurio Cæsarianus Romæ ipsum fouet , & facit ipsi ambulandi potestatem quo cunq; uelit , sed ad iuncto milite . In summa , cuiuscumq; Deus

A C T U M A P O S T .
fauet ac bene uult, illi omnes creaturæ
fauere coguntur.

Cur Paulo miles tribuebat, timens
ne ne clabatur?

Videtur coram mundo quasi Centu-
rio Paulo militem adsignarit, ut ipsum
obseruaret, ne quopiam effugere pos-
set: uerum coram Deo res multò ali-
a se habet. Hic miles Paulo additur, ut
xutus contra hostium suorum insultus
sit: ne Iudæi, & gentes, qui Paulo insis-
tiabantur, si Cæsarianum militem cum
illo uiderent, malum ipsi inferrent. Et
hic clare emicat Dei misericordia, qui
eripit suos semper è periculis, semper
consolationibus erigit, donec soluat o-
mnino, & ex mundo hoc transferat in
regnum suum cœleste. Sic Deus Abra-
ham conseruat in Chaldæa, Loth Zo-
domæ, Noën in diluvio, Filios Israëli
cos in mari rubro, Dauidem contra Phi-
listæos, Athanasium aduersus hæreti-
cos inumeros, Christianismum con-

C A P V T . X X V I I I .
tra Iudæos , Turcas , & Ethnicos .

Quid uero Paulus Rome agebat ?

Post tertium diem, inquit S. Lucas, conuocauit Paulus Iudæorum primores. Cumque uenissent dicebat eis : Ego uiri fratres, cum nihil fecerim aduersus plebem, aut instituta maiorum, uinctus ab Hierosolymis traditus sum in manus Romanorum, qui cum examinassem, uoluerunt me dimittere, eò quod nulla esset cauſa mortis in me. Sed con tradicentibus Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi habeam de quo gentem meam accusem. Propter hanc igitur cauſam aduocaui uos, ut uiderem & alloquerer. Propter spem enim Israëlis catena hac circundatus sum.

Cur Paulus euocat præcipuos Iudeos ?

Ideo : Licet sacerdotes summi, Pharisei, & Scribæ, ipsum per literas, & ieiatio-

ACTVM APOST.

relationes falso coram Iudæis commo-
cantibus detulissent, tamen principio
quidem corā istis ipsis se purgare vult,
& suam innocentiam declarare: Nem-
pe quòd nunquam aduersus fratres su-
os & patrias etiam leges egerit, ac tamē
vincius Romam abreptus sit. Quibus
fanè uerbis ostendere vult, quā in mis-
rē res trahantur in Iudæa inter sacerdo-
tes summos, et populi iudices, rectorēs
ue, quòd nulla fides, nulla Dei reveren-
tia, nulla pax adfisit, sed mera tyrānis, mea-
ra uis, mera iniqūtas, rapina, & temerit-
tas.

Quid respondent Romani Iudei?
Dicebant: Nos neq; literas accepi-
mus de te à Iudæa, neq; adueniens aliq;is
fratrū nunciauit, aut locutus est aliquid
de te mali. Volumus autem ex te audire
quæ sentias. Nam de secta ista notū est
nobis, quòd ubiq; ei contradicitur. Scitē
Paulus se defenderat, scitē responde-
bant & ipsi. Q. dicere uellent: Id quod
tuam personam cōcernit, nihil mali de-

C A P V T X X V I I I .

resistimus: quod uero Christianorum se
etiam adtinet, de qua loqueris, scimus q
isti resistatur ubiuis terrarū, cū apud
Iudeos, tum apud gentiles.

Quid causa subest, quod Euāgelio
ubique contradicatur?

Duae sunt causæ. Satan princeps mali
di est, & regnat in eo potenter & super
bē, cū auaritia, impudicitia, odio, ebrie
tate, cæde, & similibus sceleribus. Iā au
tem Christus uenit in mundum ad res
ignum istud satanæ desolandum. Nam
pro superbia Christus docet in Euāge
lio humilitatem, pro auaritia, benignitatē
tem, pro impudicitia, castitatem, pro fra
& inuidia, amicitiam & comitatē. Hoc
satan sustinere nequit, quare excitat uni
uersum mundum contra Christum &
uerbum eius. Sed nihil proficere potest,
confusus est, & conuictus. Christus cō
truit caput eius. Secunda causa est: Mu
dus somniat, se per suam iusticiam, pros
bitarē, opera, & merita, iustificari. Iam
adest Euāgeliū, & cōtrarium planē
tradit,

ACTVM APOST.

tradit, & ait, quod omnium hominum
iusticia, opera, & merita, non possint
consistere ad iudicium Dei, sed quis
cunque saluus fieri uelit, is necesse ha-
beat per fidem Christum Iesum, Dei
filium, apprehendere, et ab ipsis uerbo
pendere, & in eo mori & perseverare.
Hoc mundus ferre non potest. Ista les
prædicatores nec uidere nec audire
uult, furit ergo contra Christum & uer
bum eius. Sed efficere nihil potest,
uictus enim & is est à Christo, Ios
annis 16.

Quomodo amplius res cum Paulo ad
gebatur? absoluta sic erant & con-
summata omnia?

S. Lucas ait: Quum constituerent il
ludiem, uenerunt ad eum in hospitium
complures, quibus exponebat testifi-
cans regnum Dei, suadens quod eis de Iesu
ex lege Mosi & prophetis, à mane usque
ad uesperam.

Quānam prædicationem habe-
bat;

De

C A P V T X X V I I I .

De regno Dei referebat ipsis, de Christo, ex lege & ex prophetis.

Quae est summa prime partis huius
predicationis?

Ita Paulus loqui incipiebat: Homo
quidem a Deo purus & sanctus est creas-
tus, sed per Diaboli astutias deceptus,
& in peccata præcipitatus, atque sic filius
ira & æternæ mortis est factus. Non
angelum, non hominem offendebat,
sed summam maiestatem Dei, unde &
istius peccato per creaturam mederi no-
poterat: Si autem deberet ista culpa ex-
piari, oportebat Deum fieri hominem,
& mediatorem inter Deum & homi-
nem, culpam omnem in se transferre, ut &
factum est, peccatum abolitum est, mora-
destruxta, inferi deuastati sunt, cœlum
rursus apertum est. Qui iam ergo iustus
fieri vult, & saluari, si non per opera les-
gis, aut humana merita id conseques-
tur, sed necesse habet credere in Iesum
Christum, ut in unicum mediatorem,
& saluatorem, & propiciatorem, per
cuius

ACTVM APOST.

cuius sanguinem innocentem solum
peccatum nostrum est extinctum , mors
absorpta , inferorum portae destruta,
& iusticia ac salus parata.

Quæ summa est secunda partis?
Ea erat de Iesu Nazareno crucifixo,
ut is in lege & prophetis promissus es-
set. Hic scripturam ipsis indicat, dicēs:
Nunquid Michæas de loco nativitatis
eius scripsit : Daniel de tempore eius :
Iesaias de doctrina, miraculis, passione,
& morte, resurrectione, & ascensione
in coelum : An non omnia sacrificia, ut
& agnus paschalis , Christum respexer-
unt & denotarunt tantum ? An non
Christus pro nobis maledictum in cru-
ce subiit , & sustinuit, ut benedictione
Abrahæ acciperemus ? & tandem bea-
tificieremus ?

*Quæ summa est totius huius predi-
cationis?*

Quod nullus hominū iustificetur ex
operibus suis & meritis , sed nostra iu-
sticia & salus ex fide in Christū Iesum
promata

C A P V T X X V I I I :

promanent. Et hæc prædicatio nouā dō
ctrina non est, imò omnium uetus isti
ma, quæ statim eo ipso tempore prædi-
cari incepit, quo Deus serpenti dicebat:
Inimicitias ponam inter semen mulie-
ris, & inter semen serpentis, istibi con-
teret caput tuum, &c. Hæc sentētia pri-
mum Euangelium erat, quod in terris
auditum est & percrebuit. Ab hoc pen-
det Adam cum posteris suis usq; ad A-
brahamum, &c. Quicquid extrā hanc
prædicationem & doctrinam docetur,
ut idolatriæ doctrinæ gentium, Phari-
saicorum Iudeorum, maledictorū Tur-
catum, & hypocriticorum Papistarum,
meræ imposturæ Satane sunt, humana
sonnia, dæmoniorum semina, & cōsci-
entiarum laquei.

Credebantne omnes huic prædicationi?
S. Lucas ait: Quidam credebāt his
quæ dicebantur, quidam uero non cre-
debant. Ea est conditio Euangelijs san-
cti, ut à minori parte suscipiat, & à ma-
iore despiciatur. Christus positus est in

AETVVM APOST.

ruinam & resurrectionem multorum
in Iraël, Lucæ 2. & in signum cui con-
tradicitur. Hoc in consolationem præ-
dicatorum scriptum est. Quòd si enim
Paulo tam pauci crediderunt, qui tamē
tam potens concionator erat, quid mi-
rum, si nostros concionatores contem-
nant . Tamen in libro uitæ sunt, qui
cuncti credere debent, & saluari.

Quid siebat de Iudaïis, qui audiebant
hec :

Quoniam inter se non essent cōcordes,
discedebant, ubi dixisset Paulus unum
uerbum. Bene Spiritus sanctus locutus
est per Esaiam prophetam ad patres no-
stros, dicēns : Vade ad populum istum,
& dic : Auribus audietis & non intell-
egetis: & uidentes uidebitis, & non per
spicietis. Incrassatum est enim cor popu-
li huius, & auribus grauiter audierunt,
et oculos suos cōpresserunt, ne quando
uideant oculis, & auribus audiāt, & cor
de intelligant, & cōuertantur, & sanem
eos. Notum ergo sit uobis, quòd genti-
bus

C. A P V T XXVIII.

bus missum est hoc salutare Dei, & ipsi
audient. Hæc est sententia Iesæ, & cuius
omnes Euangelistæ mentione faciunt.
In qua propheta ostendit, quod duo au-
ditors genera futura sint inter Iudeos
& operarios. Quidam Euangeliū au-
dient, et imperfectionem suā agnoscēt,
& illud summo cum gaudio suscipiant,
ijs paucissimi sunt. Alij uero etiam au-
dient, non poterit autem ipsis persuade-
ti, quod ipsorum iusticia imperfecta sit,
& impura, sed gloriabuntur, quod &
alijs ea ipsa prodeesse possint. Eorumq;
magna est caterua.

Quidam illi mercedem reportabunt?
Iesaias enumerat poenam, quæ ipsos
mansura est: primum dicit: Auribus au-
dictis, &c. Fiet eis ut Dominus commi-
natur, Deuter. 28. In meridiem impin-
gent, & in uix suis aberrabunt. Nō es-
tunt exiguae tenebræ, sed Aegypt acq.
Deinde nō debebunt conuerti aut san-
ctificari, nullā gratiam, nullā misericor-
diam consequentur, sed semper magis

ACT V M T A P O S T.

magisq; in falsa & hypocritica sua futil
cia excœcabuntur, & peribunt. Hæcç
poena est omnium uerbi Dominicon
temptorum.

Atqui Paulus ecclesiam Christi perse
quebatur, tamen etiā conuertebatur?
Singularis erat ratio ista in zelole
gis diuinæ.

Quā?

Paulus totam scripturā, Mosen, Pro
phetas, legem, & promissiones Dei ha
bebat, quare indignum ipsi uidebatur,
quod uetus Iudaismus per nouam Eu
angeliū doctrinam deberet opprimi. Ve
rūm cū uel semel tantum à Deo ad
monitus esset, & à cœlo ipso uocatus es
set ad fidem, cōtinuò dicebat: Quid uis
Domine ut faciā, et cōuertebar, Ad.
9. Euangeliū contemptores nihil aliud
prētendere possunt, nisi solas doctrinas
hominum & dēmoniorum, ac quotidiē
à uerbo Dei admonentur, tamen non
conuertuntur, sed magis magisq; excœ
tantur, furibundi readuntur aduersus
Euano

C A P V T . X X V I I .

Evangelium , ut aliud ipsis nihil restet,
nisi perpetua & horrenda Dei ira . Ho-
mo bene affectus & pie ad ternam &
quaternam admonitionem conuertere
tur, sed in istis hominibus nec cognitio
est, nec conuersio, etiam si millies centi-
esimis ipsis Dei uerbo proponeretur, sed
semper suo more ac ingenio uiuunt, fal-
samq; suam opinionem sequuntur,

At qui & ueri Christiani peccant?

Verum est : Sed in hoc discrimē est :
probi Christiani quām primum uerbo
Domini percipiūt, peccata cognoscēt,
& fructus poenitentia dignos adferunt,
hoc impij non faciunt.

Dæ exempla :

Adam peccabat, sed statim ad Dei uo-
cem peccatum confitebatur. Caimus eti-
am peccabat, sed audito uerbo, non cō-
fitebatur peccatum, sed in sole sciebat, di-
cens : Num custos ego sum fratrīs mei?
David cum Bersabæa peccabat, sed per-
cepto Dei uerbo à Propheta Nathan,
poenitētiā agebat. Saul peccabat, sed

ACT V V M A P O S T.

ad Samuelis Prophetæ admonitionem
nihil commouebatur. Niniuitæ cōuer-
tebantur ad Ionæ uerbum. Zodomiz
perseuerabant in peccatis suis, & Loth
sermones cōremnebant. Petrus ad galli-
cantum peccata exosus resipiscet, &
flebat amarè. Iudas proditor despera-
bat, nec seemendabat. Ita quidem om-
nes peccamus, sed considerandum, qui
à peccatis abstineant, & pœnitentiā
gant. Idiotæ uerbum suscipiunt. Papi-
stæ idem contemnunt. Quando pœni-
tuit Papam unq̄, quod oues Christi
miserè diuexarit, & seduxerit, quodq̄
precioso Christi merito et thesauro nō
aliter colluserit, quam circumforanei
propriac̄ & conficta statuta, aut decre-
ta, excellentiora habuerit, q̄ ipsa Dei
præcepta? Ex quibus omnibus cuius
liquer, quod ipsissimus antichristus sit,
qui se subdolè in templū Dei induxit.

Cum non subfit emendationis spes illa,
quid opus est ipsos castigare?

Reprehendere debemus nō propter
ipsos,

C A P V T . X X V I I I .

ipsos , nam deploratū id est in ipsis , sed
propter auditores , ut sibi ab ipsorum falsa
doctrina & uita caueant , Matt. 7. Caue-
te uero uobis à pseudoprophetis , &c.
ut & in 23. Propheta Iesaias scribit con-
tra Moab, Assyrios, Aegyptios, & Da-
mascum , licet cum ipsis non esset . Qua-
re ubi cuncti fuerit prædicator castiget ,
utrosque absentes & præsentes . Hos ,
ut se agnoscant peccatores , & resipi-
scant ; illos , ut præsentes sibi inde ca-
ueant .

Quid Iudei aiunt ad Pauli prædicar-
tionem ?

Abibant , multam disceptationem in-
ter se habentes . Hæc non temerè Lu-
cas addidit . Nam & hodie fit , ut finita
concone quida in fremant apud se , qui
dam in aperta conuicia prorumpant eti-
am . Reliqui cum omnibus quos obuiā
habent , contendunt , prætendentes uete-
rē fidei religionem Deo acceptiore esse
nova . Euangelium hæresim dicit , diaboli

A C T U V M . A P O S T .

Iaruas, & nō bene cessisse ubiuncq; pra-
dicatum fuerit isto modo. Quid isti im-
pñ nebulones agunt aliud q; ipsi Iudæi
obcœcati, à Deo ad diabolum, à uita ad
mortem, à cœlo ad infernum deficien-
tes, & pereunt in æternum.

Quid amplius Paulo accidebat Rome?

Lucas concludit & finit hunc librū,
& dicit: Paulus mansit biennio toto in
suo cōducto: & suscipiebar omnes qui
ingrediebantur ad ipsum, prædicans re-
gnum Dei, ac docens quæ sunt de Do-
mino Iesu cum omni fiducia, nemine
prohibente. Ex hisce uerbis colligitur,
quòd in alia domo de Paulo excubie-
ctæ fuerint & custodiæ, alias non man-
sisset, donec conueniretur à discipu-
lis, sed abiisset ex Iudæorum synagoga,
& Christum prædicasset.

Quid à biennio illo fiebat?

Hucusq; Lucas descripsit acta Apo-
stoli.

Liberatusne ergo est?

Sic dicit, 1. Timo. 4. In prima mea fa-

C A P V T X X V I I I .

Disfactione, nemo mihi aderat, sed omnes me deserebār: uerūm Dominus mihi aderat, & confirmabat me, ut per me Euangeliū prædicatio solidaretur, & omnes gentes uerbū uitæ perciperent. Et erexitu sum ex fauce leonis, & dominus me liberabit ab omni malo, & conservabit integrum ad regnum suū cœlestē, cui sit honor in omne ævū. Amen.

Prædicauit ne ergo ab isto etiam biennio?

Sic omnes ferè tenent doctores, & idem indicant epistolæ eius, quod uide licet à carcere hoc decem adhuc annis prædicauerit uersus occidentem, & inde à Cæsare Nerone Romam reuocatus sit, & morti condemnatus.

Vnde ista probantur?

2. Timo. 4. habet: Iam immolor, & tēpus meæ resolutionis instat. Certavi bonum certamen, consummaui cursum: fidem meam seruavi. In posterū mihi reseruata est corona iusticiæ, quam mihi dabit dominus in die isto, iustus ille iudex, & uerax.

ACTVM APOST.

Indubitate ergo Nero istiusmodi
tyrannidem in Imperio?

In principio regni sui amicus erat, et
comis Christianis, ut Hieronymus &
Eusebius habent. Ferebat tum facile
doctrinam Pauli, concedebat & Paulo
prædicare uersus occidentem. Sed elas-
pso tempore, ut sit in tyrannis, effereba-
tur de potentia sua, & soluebatur in no-
quitiam, & tyrannidem, uaria Roma
scelera exercebat in matre, fratribus &
cognatis, idem & in præceptore Sene-
ca, & ciuibus, Imò & in ipsa urbe Ro-
ma, quam multis in locis succendebat,
ut uideret quomodo olim ingens Ilio-
combustum fuisset, ut Josephus & Sue-
tonius scribunt. Ex ea tyrannide etiam
Paulum occidi faciebat. Cum ergo nul-
lum tyrannizandi finem faceret, con-
cludebat Senatus Romanus, ut capere-
tur, & nudato corpore per ciuitatem
duceretur, & uirgis caederetur, tan-
demq[ue] de saxo præcipitaretur. Quod
ubi iudicium percepisset, consulebat si

C A P V T . X X V I I I .
bis fuga, & cum Romani nobiles ipsum
insequerentur, se ipsum interficiebat.

Quantum temporis Paulus omnino in
ministerio uerbi consumpsit?

Si singula recte subducantur à con-
versione ad finem usque, emergunt 35.
anni. Ethoc admirandum ualde est.

Qui?

Diabolus, & omnes inferorum por-
tae, omnes spiritus impugnabant i-
psum, & excitabant aduersus ipsum Ju-
daeos pariter & gentes: Deinde & o-
mnia elementa & creaturas, ut ipsum ce-
ciderent. Inde 2. Cor. 11. dicit: Excellen-
tius sum ego, in laboribus copiosius, in
uerberibus supra modū, in carceribus
abundantius, in mortibus frequenter:
A iudeis quinques quadragenas pla-
gas, unam minus, accepi. Ter uirgis cæ-
sus fui; semel fui lapidatus, ter naufragi-
um feci: noctē ac diē in profundo egi:
In itineribus sāpe, in periculis fluminū,
periculis

ACTVM APOST.

periculis latronum , periculis ex gene-
re, periculis ex gentibus, periculis inci-
uitate, periculis in deserto , periculis in
mari, periculis inter falsos fratres, in la-
bore & molestia, in uigilijs s̄æpe, in fa-
me & siti, in ieconijs s̄æpe, in frigore &
nuditate, præter ea quæ extrinsecus ac-
cidunt, incumbens mihi quotidiana cu-
ra omnium ecclesiæarum. Tamen Deus
benigne ipsum Paulum semper uindie-
cauit.

Quid inde discamus ?

Quod Dominus omnibus fidelibus,
qui uocationi suæ uacant, & omnem
spem suam in domino ponunt, ipsumq;
solum in omnibus necessitatibus inuo-
cant, adesse uelit, ut nō solùm omnia ad-
uersa ipsis nihil nocere, sed in bonum i-
pis cedere & cooperari debeat, ut &
S. Paulus ait, Roma. 8.

Quid autem, si in mea uocatione à ty-
rannis infestor, & opprimor ?

Si uacaueris uocationi tuæ, ignomini-
tiosa morte nullo modo unquam inter-
ire

C A P V T X X V I I .

tre poteris. Bonam in Christo uitā , mā
la mors sequi non potest , ne ante tem-
pus etiam. Nam Christiani qui cū Chri-
sto per baptismum mortui sunt , & resu-
scitati , maturi sunt & parati quoq̄ tem-
pore . Nec mors etiam quicquam ipsis
nocere potest , quamuis horrenda , igno-
miniosa , & tetra , sed multò magis domi-
nus omnia in bonum conuertet nobis.

Vt ergo se geret Christianus in uoca-
tione sua ?

Christianus pensum suum alacriter
absoluat , nec ad mortē exhorrescat . Sed
similis sit hominibus , qui Dominum su-
um expectant , quando à nuptijs surget ,
ut quando uenerit , ipsi aperiant , & pa-
ter coelestis ipsos , ut probos Christia-
nosq̄ seruos , secum in altum abducat , ad
possidendam uitam æternam . Quā cō-
cedat nobis Dominus Deus , pater om-
nipotens , per unigenitum suum filium ,
Dominum nostrum , & cohæredem reg-
ni coelestis , Iesum Christum ,

Amen .

Vn̄ & trino Dcō gloria .

FRANCOFORTI, Apud Christianum
Egenolphum, Anno 1546.

Mense Iunio.

卷之三

卷之三

卷之三

2000862

PIETAS



1. Timothy. 4.

VITILIS EST.

A
D
O
M
I
N
A